THEODORI DASSOVII S. DIATRIBE, QUA JUDAEORUM DE RESURRECTIONE MORTUORUM...

Theodor Dassov

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
43 C
20
P. 40.
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

THEODORI DASSOVII

סוד
תחיית
המתים

Ex libris Abbatiæ S. Pud.ᵗᵉ de Urbe.

S.

DIATRIBE,

QVA

JUDÆORUM

DE RESURRECTIONE MORTUORUM SENTENTIA,

EX

PLURIMIS, IISQVE MAGNÆ APUD ILLOS AUTORITATIS RABBINIS, TAM VETERIBUS, QVAM RECENTIORIBUS COPIOSE EXPLICATUR, EXAMINATUR, ET ILLUSTRATUR,

CUM INDICE SUMMORUM CAPITUM, AUTORUM RABBINICORUM, ET DICTORUM SCRIPTURÆ ALLEGATORUM.

Abbas Julius [illegible] *anno 1679.*

WITTEBERGÆ, Typis MATTHÆI HENCKELII, Acad. Typogr.
ANNO cIↃ IↃc LXXV.

BIBL. S. PVD. VRB.
BIBLIOTECA NAZ. CENTRALE ROMA

PROTOSYNEDRII ELECTORALIS
SAXONICI
PRÆSIDI EMINENTISSIMO,
ET
CONSILIARIIS EXCELLENTIS-
SIMIS,

ILLUSTRISSIMO AC GENEROSISSIMO
DOMINO,

DN. CAROLO,
LIBERO BARONI
à FRISEN,

SERENISSIMI ELECTORIS SAXONIÆ
IN CONSILIO SANCTIORI SENATORI, ET
COMITI CUBICULARIO, DYNASTÆ
IN RöTHAU ET GOTTHAU
&c.

DOMINO MEO GRATIO-
SISSIMO,

NEC NON

MAXIME REVERENDIS, NOBILISSIMIS, MAGNIFICIS, CONSULTISSIMIS, ET SUMMIS

VIRIS,

DN. MARTINO GEIERO,

THEOLOGO INCOMPARABILI, SERENISSIMO ELECTORI SAXONIÆ A CONFESSIONIBUS SACRIS, ET CONCIONIBUS AULICIS PRIMARIIS, &c.

DN. CHRISTOPH. BULÆO,

THEOLOGO ITIDEM DE ORTHODOXA ECCLESIA OPTIME MERITO, ECCLESIÆ DRESDENSIS AD D. CRUCIS PASTORI, AC VICINARUM SUPERINTENDENTI VIGILANTISSIMO &c.

DN. GODOFREDO Beringern/

DN. JOHANNI FRIDERICO HEIGIO,

DN. ADAMO CHRISTOPH. JACOBI,

JURECONSULTIS FAMIGERATISSIMIS, &c.

DOMINIS ET PATRONIS MEIS OPTIMIS, MAXIMIS.

SALUTEM OMNIMODAM!

EO ſemper ſtudio, amoreq; incredibili Judæi legem ſuam ſcriptam & oralem fuére proſecuti; ut tùm demum gloriâ immortali digni ſibi viderentur, ſi in eâ illuſtrandâ ornandâq; præ cæteris deſudarent. Hinc factum eſt, ut in voluminibus conſcribendis qvaſi de palmâ decertaretur, & unusqvisqve magiſtri ſui diſciplinam ſibi profuiſſe magis qvàm aliis, orbi erudito oſtendere inciperet. Ut aliqvorum tantùm & præcipuorum injiciamus mentionem, de qvibus inter Chriſtianos vel non ſatis, vel planè non conſtitit hactenùs; atqve ὕστερον πρώτερον agamus, Deum immortalem qvod circumferuntur in legem oralem Rabbinorum gloſſæ? Laudatur inprimis Talmud, qvod duplex eſt, *Hieroſolymitanum* & *Babylonicum*. *Hieroſolymitanum* Cracoviæ impreſſum eſt A.C. 1609. & partes habet 4. elegantisſimo Peruſch vocum difficiliorum illuſtratas, qvem deſcripſerunt ex Sepher R. Elieſeris

Bar Joſeph Haggalili, Sepher Jephe Mare, Sepher Hammaſores Hechaſid R. Jehudæ, & aliis libris, ut ſcribitur in præfatione, Judæis ipſis ignotis. Prima pars agit de iis, qvæ aliàs in Seder Joma docentur, altera vocatur Seder Moëd, tertia Seder Naſchim, ultima Seder Jeſchuos, explicans illa, qvæ aliàs in Neſikin pertractantur, niſi qvod Maſſeches Afos & Edajos omiſſa ſint, & pro iis Maſſeches Nidda ſubſtituta; additur in fine ולא אשכחנא אלא אילין ד׳ כידרין *non reperimus niſi 4. iſtas Sidrin.* ſ. partes. *Talmud Babylonicum* qvid contineat, cum ab aliis præclarè dictum ſit, non opus eſt repetere, ſciri tamen poteſt præterea, acceſſiſſe commentarium Raſchi ab uno, & Toſephos ſ. additamenta aliorum ab altero latere, præterea מש״ס ſ. Maſoram ſex Sedarim, & עין משפט ſ. indicem locorum Talmudicorum, locorum in Toſephos, Scripturæ ſacræ, ut & ex Poſekim v. g. Majemone, Smag, & Arba Turim; in calce autem qvibuslibet Masſichtos ſubnecti deciſiones Toſephos, cum commentario R. Aſcher, & aliqvibus etiam Rambam explicationem Hammiſchnajos. In fronte tamen ſingularum Masſichtos promittuntur calci ſubjungenda excerpta libri Chochmas Schlomo, qvæ nuſpiã apparent. Vindiciæ etiam Talmudis extant, ſc. in *Chibbur Beer Haggola* excuſo Pragæ in fol. A. C. 1598, & in 7. capita

pita

pita diviſo. Talmudi ſuccedunt *Miſchnajos*, qvæ prodierunt in folio cum notis Rambam, & Obadiæ de Bertenori (מברטנורי); qvarum habeo exemplar excuſum Rivæ de Triento in fol. A. C. 1560. Non minori in pretio eſt *Smag. R. Moſis Kotzenſis*, cujus posſideo exemplar A. C. 1547. Venetiis in fol. impreſſum, qvod priori editione longè eſt auguſtius, utpote auctum Concordantiis marginalibus Miſchnæ, Talmudis Hieroſolymitani, Toſiphtæ, Mechiltæ, Toras Cohanim, Siphre, Alpheſi, Majemonis, Sepher Teruma & aliorum, adjectis in fine Biure ſ. dilucidationibus R. Iſaac Stein. Qvid dicam de *Arba Turim?* Liber eſt maximæ apud Judæos autoritatis, & totius Talmudis elegans epitome. Habemus hodiè editionem Hanovienſem de Ann. Chr. 1610. ſine Peruſch. Sed tamen etiam commentariis illuſtratus eſt amplisſimis. Scripſerunt autem in eum inprimis *R. Joſeph Karo* in libro *Bes Joſeph* in 4. Tomos *in fol.* juxta Arba Turim diviſo (ut primus vocetur Orach Chajim, qvi prodiit Cracoviæ A.C. 1615. alter Jore Dea, tertius Efen Haëſer, & ultimus Choſchen Hammiſchpath) & *R. Joël Sircks* caput Academiæ, & Af Bes Din urbis Cracoviæ, qvi non ſolùm in R. Jacob Baal ſ. autorem Hatturim, ſed & in omnes Poſekim, qvos in ſuo libro allegat penetraſſe, & R. Karo fami-

familiariter uſus dicitur. Vocat ille ſuum librum *Bes Chadaſch*, itidem 4. tomis in fol. abſolutum, ut primus ſit טור אורח חיים & ſic deinceps, licet non eo ordine in lucem prodierint. Excuſi autem ſunt Cracoviæ Anno 1631. & ſeqq. Speciatim in ultimam τῶ Arba Turim partem ſ. Choſchen Hammiſchpath prodiit nuper A. C. 1671. Wilhersmdorffii in fol. Commentarius R. Alexandri ſacerdotis juſtitiæ, & Doctoris Lemburgenſis, qvi vocatur שלחן ערוך מטור חושן המשפט עם הביאור מאירת עינים ſ. *Menſa inſtructa ex Tur Choſchen Hammiſchpath cum explicatione* (qvæ vocatur) *illuſtratio oculorum*. Ubi concordantiæ Rabbinicæ cum indice locupletisſimo adjectæ ſunt. In compendium a. hunc librum Arba Turim redegit Cracoviæ A. C. 1616. in 4t. jam ante laudatus Karo, qvod vocatur *Schylchan Aruch*, in 4. partes itidem diſtributum, & novellis glosſis R. Moſis Iſerles, qvi qvæ Karo omiſerat, adjecit, locupletatum. Sed pergimus ulterius, in conſiderandis ſcriptoribus legis oralis. At *Levuſch Malcus R. Mardochai Japhe*, qvi Pragæ in fol. impreſſus eſt A. C. 1610. qvale ſcriptum eſt, & qvàm æſtimatum! Juxta methodum libri Arba Turim ita concinnatum eſt, ut 4. partes contineat, qvarum prima vocatur לבוש התכלת, *veſtimentum hyacinthinum*, (cujus primæ partis membrum alte-

alterum eſt לבוש החור, *veſtimentum candidum*,) altera לבוש עטרת זהב, *veſtimentum coronæ aureæ*, tertia לבוש הבוץ וארגמן, *veſtimentum byſſinum & purpureum*, & ultima לבוש עיר שושן, *veſtimentum urbis Suſan.* Itaqve qvatenus liber ritualis eſt, 4. tantùm partibus conſtat, non decem, ut non nemo arbitratus eſt, licet autor decem veſtimentorum in titulo faciat mentionem. Nam 5. veſtimenta huc tantùm pertinere vult, veſtimentum autem ſextum ait in præfatione eſſe לבוש האורה, *veſtimentum lucis* ſ. commentarium in Legem, ſeptimum לבוש השמחה, *veſtimentum lætitiæ* complectens Deraſchos, octavum לבוש אור יקרות, *veſtimentum lucis pretioſitatum*, *i.e. pretioſisſimæ*, ubi plurali numero reſpicit ad tria hujus partis membra, ſiqvidem agit de philoſophia, aſtronomia, & Kabbala, & unumqvodqve membrum voce יקר inſignitur, ut פנת יקרת, ſ. *angulus pretioſus*, אדר היקר ſ. *toga pretioſa*, & אבן היקרה ſ. *lapis pretioſus.* Qvia autem duo ultima membra hujus veſtimenti octavi ſint qvaſi duæ coronæ mundo inferiori, hinc ait provenire cum cæteris 10. veſtimenta, juxta illud in Bereſch. Rabb. פר׳ טו duæ portæ ſunt in Gan Eden, qvibus adſtant 60. myriades angelorum miniſterii, & uniuscujusqve facies lucet ſicut ſplendor firmamenti. Qvando juſtus ad eos accedit, detrahunt

Digitized by Google

ei veſtimenta ſepulchralia, & induunt eum 8. veſtibus & duabus coronis. Sicut ergò hîc coronæ inter veſtes referuntur, ita etiam eas in libris ſuis inter veſtes numerat autor. *En Jacob* porrò & *Bes Jacob* qvanto ſunt in pretio? Abſolvunt librum unum, cujus editio Pragenſis in fol. de A. Chr. 1668. eſt optima, utpote continens non modò omnes hiſtorias & allegorias Talmudis Babylonici, ſed & Hieroſolymitani ex Jephe Mare deſcriptas cum commentario Raſchi, Toſephos Rabbinorum Gallorum, & novellis glosſis Ramban, Ritbæ, & Haran, colligente R. Jacob Bar Schlomo, Ben Chabib, addito inſuper indice elegantisſimo, qvi non modò monſtrat, qvomodo parabolarum Talmudicarum explicationes inveniri in hoc libro, ſed etiam in aliis libris aliorum Rabbinorum posſint. Nec minori eſt loco *R. Alphes*, qvi tribus partibus totum Talmud breviter tractavit, & cum commentario Raſchi excuſus eſt Amſtelodami in 4to A. Chr. 1643. auctus inſuper indice marginali capitum biblicorum, & Arba Turim. Omnes autem hos jam dictos elegantiâ docendi longisſimè ſuperat pulcherrimus *Majemon* in ſuo *Jad*, cujus etiam adhuc ſupereſt exemplar impreſſum Venetiis Anno M. C. 5310. juſſu Magnifici Principis Bragadin cum commentario Migdal Os, qvem ſcripſit R. Schem Tof Bar Abra-

Digitized by Google

Abraham (unde de Migdal Os R. Jom Tof à non nemine citato dubitatur) & Maggid Miſchne, cujus autor vocatur artifex & filius artificis, nomine omiſſo (qvi tamen commentarii interdum ſimul reperiuntur, interdum unus eorundem, prout liber explicatu fuit difficilis), item cum animadverſionibus ipſius Majemonis, qvas collegit Eruditus qvidam, filius eruditi, Majemonis diſcipulus, qvæ omnia correcta fuerunt primitus per R. David פרצגטן, poſteà autem per R. Meir de Padua & ejus filium, accedentibus inſuper eorundem qvoqve notis. In calce librorum pasſim adjectas videmus תשובות השייכות ſ. reſponſiones ad res controverſas. Toti autem operi præmiſſus eſt eſt Minjan Hammizvos ſ. *numerus Præceptorum* ejusdem Majemonis cum Haſſagos ſ. *animadverſionibus* Haramban. Tomi duo ſunt, & alter à libro ſexto de Haphlaa ſ. ſeparatione incipit. Annecti poſſunt ſcriptoribus hisce *Sepher Taame Mizvos*, *R. Menachem Rekanatenſis* Conſtantinopoli A. 1544. in 12mo impreſſus, in qvo legis oralis rationes dantur, & *Sepher Jeſod Mora R. Aben Eſræ*, qvi Venetiis A. C. 1566. in 12mo prodiit, & capita continet 12. in qvibus agitur de variis ſcientiarum generibus, de Judæorum præceptis, de legis præſtantiâ, de DEI unitate, & uno capite, undecimo ſc. de literis Hebraicis, ut ita liber

Grammaticus non ſit, ut non nemini viſum fuit. Occaſione legis Oralis qvædam hîc etiam de Kabbala poſſent inſeri; ſed ea pleraqve ab aliis jam dicta ſunt. Circumferuntur tamen hodiè etiam *R. Naphthali Ben R. Jacob Elchanan* Francofurtenſis *Sepher Emek Hammelech* Amſtelodami in fol. excuſ. A.C. 1653. *R. Abraham Maremon* Hiſpani, *Beris Menucha* itid. Amſtelod. in 4to 1648. *Maamar Jonas Elem* itidem Amſtel. in 4to, *Sepher Niſchmas Schabbataj Hallevi* autore R. *Schabbataj* filio Akifæ Pragæ in 4to Ann. Chr. 1616. impreſs. & portis 13. conſtans, & libri alii. A lege Judæorum Orali, ſi ad Scriptam acceſſerimus, pari eos induſtriâ pariq; curâ in illâ modis omnibus dilucidandâ, docendâq; verſatos fuiſſe apparebit. Inter præſtantisſimos interpretes primo loco ponitur *R. Simeon Ben Jochai in Sepher Haſſohar*, cujus editio Cremonienſis de A. C. 1558. in fol. eſt optima, & novellis commentariis effulget v. g. Sitre Tora, Medraſch Hanneëlam, Toſiphta, Sepher Bahir, Medraſch Ruth, Medraſch Chaſis, Maamar Ta Chaſe &c. indices tamen promisſi deſunt. Succedunt *Sepher Rabbos*, qvi nuperrimè iterum prodiit Wilhersmdorffi Ann. Chr. 1673. unà cum Mattenos Cehynna; *Peruſch Hattora R. Don Jitzchak Abarbanel* Venetiis excuſus in fol. A. M. C. 5339; *Sepher*

Tan-

Digitized by Google

Tanchuma, ſ. Jelammedenu, qvi etiam Mantuæ impreſſus eſt in fol. Ann. Chr. 1563. cum duplici indice elegantiſſimo, primo ſententias ſ. deciſa Rabbinorum, altero eorundem parabolas explicante; *R. Bechaj*, *Biur al Hattora*, qvi prodiit etiam Cracoviæ in fol. typo tamen immundo, & numero paginarum valdè trajecto; extat qvoqve in eundem index foliis 10 abſolutus in fol., qvi vocatur *Sepher Manoach Maza Chen R. Manoach Hendel*, ſub imperatore Rudolpho, & rege Matthia excuſ. in qvo omnes nodi in R. Bechai occurrentes ſolvuntur, ita tamen, ut numerus paginarum editionem Venetam reſpiciat, ceu monet in præfatione autoris filius R. Moſes Hendel. *R. Aramæ Akedas Jitzchack*, ubi editioni ultimæ Venetæ in fol. de Ann. Chr. 1573. acceſſerunt argumentorum ſummæ cuilibet portæ præfixæ, ut & marginales notulæ dicta Scripturæ, & dubiorum ſolutionem oſtendentes, cum indice dictorum ſcripturæ, ſententiarum Talmudicarum, ſententiarum ex more Nevochim, & ex Sepher Hammiddos; R. *Moſis Alſchech Toras Moſche*, qvi liber excuſus etiam eſt Pragæ Ann. Chr. 1616. in fol. ubi indices reperiuntur in Geneſ. duo in cæteros libros conjunctim unus, in qvibus multa Rabbinorum dicta ac parabolæ explicantur; R. *Abraham Sebæ Tzeror Hammor*, tertiâ

vice

Digitized by Google

vice impreſſus in fol. Ann. Chr. 1567; *R. Salomonis Ephraim Sepher Celi Jacar* in fol. qvi Pragæ ſub imperatore Rudolpho lucem aſpexit; *R. Moſis Nachmanis Gerundenſis Biur al Hattora*, qvi prodiit Venetiis in fol. An. C. 1545; *R. Elieſeris Germani Maaſe Haſchem*, qvi itidem Venetiis editus eſt in folio, (fortasſis non in 4to, ut non nemo.) Ann. Chr. 1583. cum indice qvadruplici dictorum explicatorum, & uno ſententiarum Talmudicarum. R. *Samuel Sirſæ Mekor Chajim* in fol. qvi explicuit commentarium Aben Eſræ, ſed in legem tantùm, & ſimul R. Majemonem, R. Samuelem Ben Tybbon, & R. Schem Tof in multis locis; R. *Eliæ Miſrachi* commentarius in R. *Salomonem Iſaaci* in legem in fol. R. *Iſaaci filii R. Samuelis Adarbi Sepher Difre Schalom* in fol. in parte poſteriore, ubi iterum dictorum Talmudicorum index eſt. Ex recentioribus eſt *Sera Barech R. Berachiæ*, qvi duos ſcripſit in Pentateuchum commentarios in fol. ejusdem nominis. Cum autem primum non tanti æſtimari à Judæis animadverteret, atqve qvidem putarat, ſecundum accuratius elaboravit, ut maximam partem in allegoriis ex Medraſch Rabba, Sohar, Jalkuth, Tanchuma, Medraſch Chaſis, Schochad Tof &c. explicandis verſetur, vocatq; Cheleck Scheni Miſſera Barech, & ſic Geneſin Bereſchis Scheni, atqve eodem

eodem modo Paraſchias omnes v. g. Noach Scheni, Lech lecha Scheni &c. Prodiit Amſtelodami Ann. Chr. 1662. Cui adjungendus *Sepher Lef Arje* R. *Jehudæ Arilef* anno ſuperiore 1674. in fol. editus Wilhermsdorffi, qvi unà explicat Chameſch Megillos & indice innumeras ferè allegorias enodante inſtructus eſt. Non autem ſcripſit in legem vel Leviticum tantum, autor *Peſikta Rabbeſi*, uti viſum non nemini, qvin potiùs ex Traditionibus Tannaim & Amoraim oſtendere conatur ritus Judaicos in Sabbathis & feſtis obſervatos ex ſcripturâ paſſim probari poſſe; qvæ collecta ſunt per R. *Iſaacum filium* R. *Chajim*, qvi illa reliqverat, & edita in 4to. De homiliis in legem non dicemus, ubi qvidem inprimis commendatur R. *Ephraim in Sepher Ir Gibborim* in fol. ob indicem ſententiarum Talmudicarum prolixiſſimum, qvæ illuſtrantur; ut & R. *Aben Schuif Deraſchos al Hattora* Cracov. excuſ. in fol. Ann. Chr. 1573. & alii. Sed cùm Judæorum lex ſcripta interdum etiam ſcripturam Veteris Teſtamenti univerſam ambitu ſuo complectatur, hinc alii ſi cæteros etiam ejusdem libros attingerent, & pro virili explicare ingrederentur, in legem ſcripſiſſe ſibi videbantur. Prodiit hinc in libros biblicos liber *Ajjala Schelucha* R. *Naphtali* dicti Hirſch Altſchüler/ Cracoviæ, in fol. ſub rege Sigismundo,

He-

Hebraicè & Germanicè ſcriptus, ubi textus Hebraicus adjectus eſt cum punctis; Nec non Lublini R. *Abr. Ben* R. *Jehudæ Chaſſan* Sepher *Chibbure Leketh* itidem Germanicè & Hebraicè Ann. Chr. 1612. in fol. hac tamen differentiâ ut in Ajjala Schelucha commentarius Germanicus alteram paginæ ejusdem faciem occupet, hîc tamen perpetuò parentheſi inſertus ſit. Speciatim ſcripſit in librum Eſther autor *Chibbur Or Chadaſch* A. 1600. Pragæ in fol. ed. In Pſalmos R. *David Kimchi*, cujus commentarius Bibliis etiam Bombergianis inſertus eſt, & R. *Iſaac Ben Simſon in Medraſch Schochad Tof* Pragæ Ann. Chr. 1613. in fol. impreſs. cui commentarius in Proverbia & libros Samuelis in calce annexus eſt, (ut non ſit commentarius in hos ultimos ſolùm, ceu viſum eſt non nemini) ut & R. S*alomo Athias*, qvi lucem vidit Venetiis Ann. Chr. 1549. in folio adjecto textu punctato. In Pſalmum autem 119. & Pſalmos graduum, (non autem in priorem ſolùm, ut non nemo annotat) ſcripſit R. S*amuel* nepos R. Jom Tof. in S*epher Miſmor Letoda*, qvi Pragæ etiam prodiit in 4to; In Proverbia extat R. *Moſis Alſchech* Sepher *Raf Peninim* in 4to Venet. impreſs. ubi index Chriſtianorum more formatus eſt, ut res omnes juxta alphabetum recenſeantur, qvod in libris Judaicis rarum eſt. Ut præteream commen-

men-

Digitized by Google

mentarios Rabbinorum in Bibliis Bombergianis & Baſileenſibus repertorum. In varia etiam Scripturæ loca commentati ſunt *R. Iſaac* & *R. Simeon* Wolff/ filii R. Meir in *Sepher Pircke Schira* Venetiis Ann. Chr. 1664. in 4to excuſ. ubi cœlo, aqvis, plantis, animalibus, avibus, &c. certa Scripturæ dicta qvaſi per proſopopœiam asſignantur, & explicantur; ſicut etiam Pereck Schira explicat Moſes de Trana in ſuo Bes Elohim. Plerasq; autem Rabbinorum allegorias per totam ſcripturam pasſim occurrentes explicuit A. ſup. 1674. Pragæ (in 4to excuſ.) *R. Bezaleel Darſchan in Sepher Ammudeah Schiſa* cum indice locupletisſimo. Poſſent hîc magno numero adduci plures, ſed, ut diximus, eos tantummodò, de qvibus inter Chriſtianos vel planè non, vel non ſatis conſtitit, delibare placuit; Itaqve cùm Judæi alii intelligerent, ſcripta hæc eſſe maximam partem prolixisſima, neqve omnia commodè evolvi & perlegi poſſe, præſertim ab iis, qvi aliis eſſent negotiis diſtenti; hinc viſum illis fuit compendia facere religionis ſuæ, & paucis fidei capita proponere, ut cuivis, qvid credere deberet, qvid verò averſari luculentius pateret. Dici non poteſt ſatis, qvanto impetu eorum ſapientes ad hoc ſcribendi genus provolarint, prout ſcilicet qvisqve majorum de rebus divinis ſententiam poſteritati

transmittere, ardentius cogitabat. Natus hinc eſt Venetiis, Mantuæ, & Cracoviæ *Sepher Choſas Hallevavos R. Bechaj Haddajan*, qvem ex Arabico idiomate in Hebræum tranſtulit R. Jehuda Ben Tybbon; Amſtelodami *R. Saadiæ Gaon*, principis olim Judæi in Perſia, *Sepher Æmunos*, itidem ex Arabico in Hebræum ſermonem verſus; Cracoviæ *R. Meir Ben Gabbay* (non Nabbay, ut non nemo) *Aſodas Haccodeſch*; Lublini alterius cujusdem *Bechaj*, celeberrimi ſc. legis interpretis, *Cad Haccemach*; Venetiis *R. Joſeph Albo*, Medici & Philoſophi inſignis, *Sepher Iccarim.* Qvò pertinent etiam libri Emuna vel Amana v. gr. *Abrahami Bilbag* ſ. *R. Schem Tof Derech Emuna Gadol* (ut non ſint duo libri, ſicut à non nemine recenſentur, ſed unus) *R. Joſeph Kimchi*, R. *Abarbanelis* & aliorum qvàm plurium, qvi brevitatis amore prætereuntur, unà cum iis, qvi de 613. Judæorum præceptis ſ. de *Tirjagh* breviter ſcripſerunt. At nec horum lucubrationes videbantur ſatis munire aditum cupido religionis Judaicæ indagatori, utpote cum & dictio, profundâ, ut putabatur, doctrinâ ſcatens, & rerum myſteria, in eorundem lectione avidius procedentem retardarent. Conſilio igitur denuò inito deliberatum eſt, ut ad capita tredecim verbis perſpicuis concepta, ceu ſymbolum aliqvod cætera

omnia

omnia revocarentur, qvò citiùs, inprimis rudis plebecula arceretur, ne aliorsùm deflecteret. Tentatum hoc ſummâ cum laude fuit à Majemone, qvi, prout aliàs in omnibus qvæ tradebat, applauſum auferebat; ita hîc inprimis eum impetravit. Verba ejus leguntur in calce Bibliorum Bombergii Felicis Pratenſis operâ editorum, ubi ſimul ab eo dilucidè illuſtrantur, ne uſpiam lecturus hæreat. Qvæ res cum mirum qvantum placeret cæteris Rabbinis, & iis inprimis, qvi Synagogis præerant, autoritateq; pollebant plurimùm; inde communi conſenſu & ſuffragio capita hæc precum libellis inſerta ſunt, ut unusqvisqve Judæus in preces ſuas intuens ſimul fidei ſuæ dogmata repeteret. Et qvò faciliùs id obtinerent, inde à Moſis ætate hæc capita fidem ſuam ſuffulcire dictitabant; ſed tamen à Majemone, tanqvàm majori qvodam Numinis afflatu perculſo, primò omnium eſſe conſignata literis. Atqve horum capitum ultimum agit de *Reſurrectione Mortuorum*, de qva præſens *Diatribe* conſcripta eſt, qvæ Lectoribus Eruditis exhibetur. Voluimus in eadem adornanda qvoscunqve Judæorum libros, qvorum fieri copia poterat, evolvere, & maxima minima excutere, unde aliqvid decerpi poſſe videbatur, ad rem qvod faceret. Licet autem hoc ingenti conjunctum cum labore fuerit,

non tamen ejus pœnitebit, ſi qvæ ſit Judæorum de hoc myſterio ſententia ſaltem aliqvatenus ſit detectum. Sufficerit itaqve ſi mens Judæorum innoteſcat, utut ea inſuper nullis verborum phaleris ornata ſuperbiat. Nam ſi vel aliqvis fortasſis adhiberi dicendi nitor potuiſſet, omittendus tamen erat, ne leges, qvibus contineri ſuo jure debet, tranſiliiſſe interpres videretur. Placuit prætereà ex libris rarioribus magnâ copiâ Hebræa deſcribere, ut iis, ad qvos illi non perferuntur, qviq; uti citatis cupiunt, magis conducerent, & interpreti citiùs fides haberetur. Qvod ſi autem aliqvid peccatum eſt, dabitur, ut ſperamus, venia, eo imprimis nomine, qvod aliorum formandis ſtudiis tempus qvotidiè eripiatur. Ex qvo enim hæc concinnata ſunt, typisq; deſcripta, in Michlal Jophi, Abarbanele, & Bibliis Rabbinicis Buxtorffii explicandis creberrimè verſati ſumus, ut maximâ eorundem parte jam enodatâ brevi altius ſimus progreſſuri. Sed de uno inprimis dicendum eſt qverendumq; magnoperè, tardisſimè ſcil. laborem imprimendi processiſſe, cum & operarii harum rerum eſſent inſveti, & aliundè avocati ſæpè per aliqvot menſes ab inſtituto deſiſterent, etiam ubi non adeò cogebat necesſitas, ſolâ difficultate abſterriti. Non poterat huic malo inveniri remedium, qvamvis aliqvoties

de

de erogandis ſponte expenſis ſermocinaremur. Nam & fidem de argento datam frangere nolebat promiſſor, & nihilominus omnia, qvæ offerebantur, expedire, ut citiùs ſumptus nanciſceretur. Hinc factum eſt, ut anno elapſo tempore autumnali inchoaremus, (qvod vel ex præfatione apparet, in qvâ annus ſuperior eſt 73tius,) brevi omnia finitum iri arbitrati. Sed ſpes inanis nos aluit, ut nunc demum ſit expleta. Hæc erant de libris Judæorum, & Diatribe noſtrâ præmittenda.

UT autem ad VOS ſe mea nunc convertat oratio, PRÆSES EMINENTISSIME, cœteriq; CONSILIARII MAGNIFICI, MUSAGETÆ INCOMPARABILES, VESTER in literas amor, VESTRUM earundem patrocinium, ſub qvo feliciſſimè florent, & de omni barbarie triumphant; & VESTER deniqve decantatiſſimus ille in homines bonis artibus deditos affectus, audacem me faciunt,

ciunt, ut ad pedes VESTROS hoc qvicqvid eſt ſcripti deponere non reformidem; non qvod dignum exiſtimem, qvod à VOBIS legatur, & ſanctisſimis VESTRIS conſiliis, qvæ qvotidiè pro Eccleſiæ ac Reipublicæ ſalute ſuſcipiuntur, interveniat; ſed ut VESTRA humanitate allici etiam exteros & ignotos qvoscunqve ad VOS ſuſpiciendos toti orbi oſtendam. Ita enim ſemper exiſtimavi, nullam tenui & obſcuro homini accidere poſſe magis proficuam meditationem, qvàm qvæ de Principum Virorum gratiâ impetrandâ ducitur. Licet enim ille ad aliqvam cognitionem aſcenderit, & eo ſit ingenio, ut tum demum vixiſſe ſe arbitretur, ſi ad literas excitandas, amplificandasq́; operam ſuam & induſtriam per omne vitæ tempus contulerit; nihilo tamen minus parùm proficiet, niſi ad eos accedat, qvi ſtudiis ſuis lucem, qvi famam, qvi decus & ornamen-

namentum immortale præſtanti favore ſuo ſuperaddunt. Neqve mirum videri debet, ſingulari ſæpè divino nutu ita gubernari ſublimes animos, ut ex apice honorum, in qvo poſiti effulgent, etiam ad eos, qvi inferius hærent, reſpicere non dedignentur. Solet enim hac ratione auguſta eorum majeſtas reddi illuſtrior, ſi eos etiam colluſtret, qvi omnium maximè Sole indigent, & calores hos cœleſtes ſolicitè nutriunt ac fovent, cùm nil in ſe inveniant, qvod eos vel qvodammodò mereatur. Suſcipite igitur PATRONI OPTIMI MAXIMI, qvod VOBIS offertur, & amori VESTRO indulgentes exilem hanc opellam VESTRIS ſplendidisſimis radiare nominibus, VESTRO ſubnixam Præſidio omnes aliorum inſultus & dicteria contemnere permittite, atqve unum temporis momentum, qvo votis meis annuetis, perpetuæ voluptatis, per-

pe-

petuæq; gloriæ felix eſſe initium efficite.
DEUS VOS amet, qvo nil optari poteſt in vita majus, & omnia concedat, qvæ Viris immortalibus debentur, ut FULGENTISSIMA DOMUS SAXONICA VESTRIS ſuffulta conſiliis perpetuò floreat, creſcat, & inter cæteras elegantisſimè emineat.
Qvod vovet

ILLUSTRISSIMI NOMINIS
VESTRI

Scribeb. Wittebergæ d. 17. Sept.
Jul. A. V. Ær. Chr.
1675.

Devotisſimus Cliens

THEODORUS DASSOVIUS.

בעזרת האל המחיה
את המתים:
הקדמה אל עין הקורא:

CUm anno ſuperiore in inclytâ *Gieſſenâ Academiâ*, (qvæ mater ſtudiorum meorum per multos annos extitit cariſſima) diſputatione publicâ permiſſu Ampliſſimæ Facultatis Philoſophicæ Judæorum de Reſurrectione mortuorum ſententiam pro viribus explicâſſem; invitantibus ad hanc rem ſuſcipiendam commentariis Rabbinicis, qvos partim *Francofurti ad Mœnum* emeram, partim ex *Viri Ampliſſimi Dn. DAVIDIS CLODII, Lingvarum Orient. Profeſſ. Publ. Gieſſ. excellentiſſimi, Fautoris honoratiſſimi,* bibliotheca, hujusmodi libris exuberante, eram mutuatus: accidit ut exemplis citiſſimè diſtractis qvamprimum WITTEBERGAM hanc noſtram omnium ſcientiarum laudibus florentem eram ingreſſus, opella noſtra flagitaretur ad prelum, ſumptusq; impendendi ultrò offerrentur. Licet autem ægrè hoc à me impetrari paterer initiò, memor illius, qvod de hoc argumento principes in Orientalibus viri paſſim non pauca in ſuis ſcriptis tetigerint accuratius elaborata; monentibus tamen iis, qvorum prudentiâ ſtudia noſtra gubernantur, non potui me meo relinqvere ingenio, ſed obtemperare debui. Cogitavi autem ſtatim, conſultius fu-

 turum,

turum, ſi alio habitu & nitidiore fortasſis labor noſter prodiret in publicum. Inde omisſis, qvæ ad diſputationis τὸ εἶναι pertinebant, plurima pasſim adjecta ſunt, in lectione aliorum Rabbinorum obſervata, alia etiam nonnihil immutata, vel luculentius explicata, accedentibus præterea marginalibus ſummis & indice triplici. Tu interea, Lector Benevole, & primitiis his noſtris, & pulcherrimæ literaturæ orientali, qvam deperimus, favere perge, Deoq; noſtro Optimo Maximo eſto perpetuò in amoribus. אמן כן יהיה רצון Vale.

בעה"י אעשה

DIATRIBE
explicans
Judæorum de Reſurrectione Mortuorum ſententiam.

CAPUT I.
De natura hujus articuli.

שעיקר הוא אמונה

§. 1.

ANteqvam deſcendamus ad ſpecialem illorum conſiderationem omnium, qvæ Judæi de reſurrectione mortuorum diſputant, præmittendum erit, qvalem illam velint articulum, qvamqve arduum, & qvanam ratione vel ex ſacris literis, vel aliundè probare contendant.

Habent Judæi pro articulo §. 2. Habent autem pro articulo fundamentali. Hinc in qvotidianis precibus dicunt; א"מבש שיהיה תחיית המתים בעת

בעת שיתעלה רצון מאת הבורא ית' שמו ויתעלה זכרו לעד ולנצח: *ſ. fide perfecta credo mortuos vitæ reſtituendos, qvando ita feret placitum creatoris, cujus nomen ſit benedictum, & cujus memoria extollatur in ſeculum & æternitatem, cit. Cl. Bux. Synag. Jud. p. 5.* Hinc etiam legitur in *Beth Eloh. fol.* קג *col. 4.* כתב הרב ז"ל היעקר ה'יג בתחיה וכבר ביארנו ענינו וסודותיו וכאשר יאמין האדם על היסודות כולם ונתברר אמונתו בהם הוא נכנס בכלל ישראל ומצוה לאהבו ולרחם עליו ולנהוג עמו בכל מה שצוה השם יתברך איש לחברו — — וכשנתקלקל לאדם יסוד מעלת היסודות הרי יצא מן הכלל וכפר בעיקר ונקרא רשע ואפיקורוס וקוצץ בנטיעות ומצוה לשנאו ולאבדו &c. *ſ. ſcripſit Raf (Maimon) p. m. articulus fundamentalis decimus tertius agit de reſurrectione, cujus rationem (qvomodo ſe habeat) & fundamenta jam expoſuimus. Qvod ſi homo crediderit fundamenta illa omnia, ſeq; illa credere declaraverit, ingreditur eccleſiam Iſraëlis, & jubemur diligere illum, & miſericordiam illi exhibere, & converſari cum illo juxta omnia, qvæ præcepit Deus benedictus cuilibet erga proximum facienda. — — Si qvis autem vilipenderit hoc fundamentum excellentium fundamentorum, ecce exit ille ex eccleſia, qvippe qvi abnegat articulum fidei, & vocatur impius ac Epicurus, amputatq; plantas, qvem odio habere & perdere jubemur.* Qvæ ipſa etiam *R. Abarbanel* refert Maimonidem protuliſſe in *Nach. Af. fol. 149. p. 2.* (Videtur qvidem dictum *R. Maimonidis* de reſurrectione mortuorum in Bibliis Rabbinicis Bombergianis, qvorum calci annexum eſt, non ad ſolam reſurrectionem, ſed ad omnes tredecim articulos Judæorum pertinere: nihilo tamen minus qvia *R. Moſes de Trana in Beth loc. cit. & R. Abarb. l. c.* clarè ad reſurrectionem reſtringunt, volumus etiam hæc ad iſtam referre.) Ita legitur in *Aſod. Haccod. in Chel. Haaſoda cap. 39.* האמונה בתחיית המתים ראויה ומחויבת על כל אשר בשם ישראל יכנה: *ſ. reſurrectionem mortuorum credere oportet & debet, qvicunq; Iſraëlita vocari cupit.* Ita in *Aſcath Roch. part. 4. lin. 5.* כי ודאי כל ישראל

fundamentali, qvod probatur ex precibus qvotidianis.

Ex Beth Elobim.

Ex R. Abarb. in Nach. Af.

Ex Aſod. Haccod.

Ex Aſc. Rochel.

ישראל גדולים וקטנים יש להם להאמין שעתיד הק״בה להחיות המתים ולהקי׳ ולנער אותם מעפרם ולהביא רוחם אל קרבם כאשר בתחלה: *ſ. omninò omnes Judæi tàm magni qvàm parvi credere debent Deum benedictum mortuos viviſicaturum, & reſuſcitaturum, & excitaturum illos ex pulvere illorũ, & ſpiritum illis inditurum, ut anteà fuerat.* Ita jam citatus *R. Abarb. in Roſch. Am. fol 20. p. 2.* ולכן נעשת האמונה כוללת ועיקר ויסוד גדול והיה הכופר בה כאלו כופר בתורה ובנביאים ובכתובי׳: *ſ. & propterea credendum (de reſurrectione) factum eſt univerſale, eſtq; articulus atq; fundamentum magnum, qvod qvi negaverit, idem eſt ac ſi legem, prophetas & hagiographa negaverit.* Ita *R. Salomo de domo Levi in Chel. Hariſchon Miſſeph. d. fre Schlomo fol. 94. col. 4.* ait: והנה הפך מצאנו ראינו היות זאת האמונה מאומתת ומקויימת כפי כל האומות ומוזכרת כפי הרבה נביאים ונמנית בכלל עקרי התורה ושרשיה אשר הכופר בה הוא שוה לכופר במציאות ה׳ ותורה מן השמים וכיוצא באלה העקרים: *Ecce autem contrarium invenimus, & videmus, ſcilicet qvod hæc fides* (de reſurectione mortuorum) *habeatur pro vera & firma apud omnes populos, & memoretur creberrimè à Prophetis, numereturq; inter articulos legis & fundamenta ejus, qvam qvi negat, perinde facit acſi negaret eſſe Deum, legem eſſe è cœlo, & qvod in aliis iſtis articulis tractatur.*

Ex Abarban. in Roſch. Amana.

Ex R. Sal. de dom. Levi. in Chel. Har. &c.

§. 3. Neqve ſufficit Judæis reſurrectionem dixiſſe articulum fundamentalem, ſed & mirum, qvantum ex ſcripturis idem aſſerere laborant. Unde dicitur in *Sanhedrin. c. 10.* eum non adepturum vitam æternam האומר אין תחיית המתים מן התורה *ſ. qvi dixerit reſurrectionem ex ſcripturis probari non poſſe.* Unde & *R. Jehud. Zabara in Mich. Tech.* inqvit: צריך שתדע כי עיקר אמונת תחיית המתים מן התורה והמאמין אמונה קיימת בתחיית המתים ואינו מאמין שהיא מן התורה הרי זה ככופר כל כך: *Oportet te ſcire articulum fidei de reſurrectione mortuorum ex lege eſſe. Qvod ſi qvis fide firma crediderit reſurrectionem*

Judæi ex Scriptura probandam eſſe dicũt reſurrectionẽ, ceu patet ex Sanhedrin. & R. Jeh. Zabara in Mich. Tech.

ſtionem mortuorum, non autem crediderit eſſe illam ex lege, ecce ille reputatur, acſi hæc omnia negaret. Loca autem proferunt iſta: *Probant ex* Num.18.28. *ut detis ex illis oblationem Jehovæ Aaroni ſacerdoti*, ſed *Num.* 18. 28. Aaronem non perpetuò vixiſſe, ut Iſraëlitæ illi oblationem dare potuerint. E. eô ipſo innui illum reviсturum. Exod.6.3. *etiam ſtabilivi fœdus meum cum illis*, non autem dici cum vobis. *Exod.*6.3. E. exinde patere Patriarchas debuiſſe reſurgere, qvia terra Canaan illis fuerit promiſſa, ut ibi ſepelirentur, & reſurgerent; non autem reſurrexiſſe ibi tùm temporis, cum terra Canaan Iſraëlitis traderetur. E. reſurrecturos ibi in poſterum. *Vid. de Tran. in Beth. Eloh. fol.*106. *col.* 3. Deut.31.16. *Ecce tu cubaturus es cum majoribus tuis, & ſurget populus hic* (ad ſcortandum) qvod ita explicant Judæi: *Deut.*31.16. qvod populus impius ſ. ועדת מרעים אורבים inſurgant contra Rabbinos, qvi piè obdormiverunt, & inſurgant propterea, qvia ſcortentur cum idolis ſeu idololatriam amplectantur, & majorum traditiones rejiciant. Atqve ſic putant etiam phraſin: ſurgere ad ſcortandum ad reſurrectionem applicari poſſe. Ex.15.1. *hinc canet Moſes*, non autem dici cecinit, & particulam אז reſpicere futurum *Exod.* 15. 1. tempus: ſenſum E. eſſe, cantaturum illum impoſterum, ſicut cecinit tunc. Sed tunc canebat canticum de ſalute & liberatione populi Iſraëlitici, E. & in reſurrectione hujusmodi canticum canet, *Beth. El. fol.*107. *col.*4. Alterius cantici, qvod in reſurr. canetur, injicit mentionem *R. D. Kimchi in Eſ. fol.* 469. *p.*1. *l.*13. *part. ult.* (Cum qvo loco *Ex.*15. conferunt Joſ.8.30. *tunc exſtruet Joſua altare*, non a. *Joſ.* 8. 30. dici exſtruxit. Volunt dicere Judæi, Joſuam etiam impoſterum eſſe exſtructurum altare i.e. etiam inpoſterum Iſraëlem ei adhæſurum eſſe, ſicut adhærebat ei, cùm exſtrueret altare. Pſalm.84.5. *adhuc laudabunt te*, non autem dici laudarunt, addiq; notanter: *adhuc, & Sela. Vid Beth. El. fol.*108. *col.*1. &c.) *Pſ.* 84. 5. Levit.25.10. *qvisq; ad familiam ſuam revertemini*, ſed hîc (in mundo) non dari *Levit.*25. 10. השבה אל משפחה reditum ad familiam. *Vid. Beth. El. l. c.* Eſ.52.8. *Vocem ſpeculatores tui attollent, pariter cantabunt*, ſed Prophetas omnes *Eſ.*52. 8. בקול אחד una voce ſive במדרגה אחד gradu ſimili Deo canticum dicturos eſſe impoſterum. Qvod explicat *R. Moſes de Tran. in Beth. El. fol.*108. *col.*1. his verbis: כיון שנשתתפו ונתאחדו כלם

 במצו

במצו והיא הוכחת הרעים על פיהם ראוי שיוחדו גם כן לעתיד וירננו על מה שיתקיימו דבריהם *Poſtea-qvam conjuncti & couniti fuerunt* (Prophetæ) *in præcepto, puta in increpandis impiis, conveniens eſt, ut uniantur etiam in futurum, &*
Deut.33.6. *canant* (ſimul) *qvod evenerint, qvæ prædixerant.* Deut.33. 6. *Vivet Ruben, & non morietur. Vid. Beth.Eloh.f.*108. *col.*1. ubi ita exponitur: יהי ראובן להורות ענין זה כי התחייה תהיה בחסד האבות ואחר כך הבנים הבכור כבכורתו והצעיר כצערתו *Vivet Ruben, ut indicetur reſurrectionem futuram propter meritum patrum, & deinde etiam filiorum, & qvidem* (*propter meritum*) *primogeniti* (*qvalis Ruben*) *juxta primogenituram ejus, minoris, juxta minoritatem ejus. R. Abarbanel in Roſch Amana fol.*30. *p.* 2. urget
Gen.3.19. Gen.3. 19. *pulvis es, & in pulverem reverteris*, dici autem תשוב non
Mal.4. 1. 5. 6. תהלך Ut & Mal.4.1.5.6. *Ecce dies adveniet ardens tanqvā fornax &c. Ecce miſſurus ſum vobis Eliam Prophetam, anteqvam veniat dies Jehovæ magnus & reverendus, ut convertat cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres ipſorum*; Loqvi autem hîc Prophetam de die reſurrectionis & judicii, tum reſurrectionem per Eliam futuram, & in reſurrectione Patres filiis & contra enarraturos qvicqvid obvenerit in ſeparatione animæ. In *Afcath Rochel part.*4.*lin.*7. addu-
Deut.6.24. citur *Deut.* 6. 24. *ut benè ſit nobis omnibus diebus, ut nos vivificet ſicut hodiè*; addi autem ſtatim: *ut juſtitia ſit nobis &c.* it. *Pſalm.*
Pſal.104. 29. 104. 29. *colligis ſpiritum illorum, exſpirant & in pulverem ſuum revertuntur*: addi immediatè, *emittis ſpiritum creantur, &c.* In *Michlal Jophi* deniqve *R. Salomonis Ben Melech* pro reſurrectione probanda allegatur locus Eſ.57. v.16. כי רוח מלפני יעטוף & ita explicatur: פרוש כי הרוח תצא מלפני שיעטוף האדם וילבשנו ורמז בזה לתחיית המתים כי הרוח אף על פי שהיא פנימית היא מכסהו ומחסהו כי מבלתה הוא כאבן: Senſus eſt: *qvoniam Spiritus exibit à me, qvi operiet hominem & induet eum, qvo ipſo innuitur reſurectio mortuorum, qvoniam ſpiritus, licet ſit interior, operimentum tamen & receptus eſt ejus* (*hominis*) *ſiqvidem ſine eo foret inſtar lapidis.* Reliqva loca cum maximè pro reſur-

reſurrectione ſolorum juſtorum urgeantur, videbuntur inferius. Ex citatis autem, locus Num.18. 28. Exod.6.3. Deut.31.16. & 33.6. leguntur etiam in ipſo *Talmude Sanhedr. c.*11. *fol.*90. *col.*2.

Maimonidis circa reſurrectionem quæſtiones duæ.

§. 4. Notandum autem hîc eſt, *R. Maimonidem* circa hanc probationem reſurrectionis ex ſcriptura duas movere qvæſtiones. Prima eſt, loca etiam extare ſcripturæ, qvæ planè hujus articuli fidem tollere videantur: Altera eſt, non fieri ejus mentionem in Scriptura בגלוי ובביאור apertè & explicitè. Audiamus *R. Meir Aldabi in Schef. Emun. ſemita* 10. *c.*2. hæc de illo referentem. Ita verò iſte: וכתב הרמבם ז'ל כי תחיית המתים יתבאר בשתי שאלות ראויות בזה הענין האח' מהם לבאר עניני הפסוקים הרבים מאד הנמצאים במקרא המורים ראיה ברורה שלא תסבול פירוש בהרחקת תחיית המתים —— והשאלה השנית היות התורה לבלתי זוכרת זאת הפנה כלל לא ברמיזה ואף כי בביאור ואם אי אפשר מבלתי שנא' שיש בתורה רמיזות לזאת הפנה: *i. Scripſit Rambam p. m. reſurrectionem mortuorum explicari per duas qvæſtiones, dignas qvæ huc referantur. Prima illarum eſt, ut explicetur ſenſus multorum verſuum in ſcripturis inventorum, qvi continent clarè tale argumentum, qvod non poteſt explicari, niſi negata reſurrectione mortuorum. —— Et ſecunda qvæſtio eſt, poſteaqvam ſcriptura nullam injiciat mentionem hujus articuli, neq; indicio, neq; manifeſtè, qvomodo fieri poſſit (ille articulus) niſi dicatur, haberi ejus rei in ſcriptura indicium.*

Teſtimonium R. Aldabi in Schefil. Emun.

Hanc eſſe mentem *R. Aldabi*, probatur, qvod ad qvæſtionem primam ex *fol.*124. *col.*1. ubi affert hæc dicta: anteqvā abeam & non redeam *Job.*10.21. morte moriemur, & inſtar aqvarū, qvæ defluunt in terrā 2. *Sam.*14.14. an mortui faciunt miraculū, an manes ſurgent & celebrabunt Te *Pſ.*88.11. ſpiritus abit, neqve redit *Pſ.*78.39. &c. imò clariſſimè addit: כשתחבש כתובי המקרא כלם תמצאם מרחיקין תחיית המתים בכלל *qvod ſi evolveris omnia dicta ſcripturæ, reperies, qvod univerſim reſurrectionem mortuorum removeant.* Qvod ad alteram qvæſtionem patet *ex ſeqq. l. c.* ubi infit: והיה זאת השאלה השנית

השנית למה לא זכר זה בתורה בגלוי ובביאור *Hæc itaq; erit altera qvæſtio, qvare hoc non memoretur in lege manifeſtè & explicitè.*

Rationes pro reſurrectione. §. 5. Subnectimus nunc rationes alias, qvæ præter ſcripturam pro probanda reſurrectione à Judæis adducuntur. Recen-*Ratio 1.* ſentur earum benè multæ in *Beth Eloh. f.* קד & קה. Talis eſt בריאת האד' בצלמו ית' וצלמו ית' הוא התורה כי כלה הן שמותיו הוא ושמו אחד נברא אדם הראשון ברמ"ח איברים ושס"ה גידין כנגד תרי"ג מצות והוא צלמו יתברך —— ולכן רצה האל יתברך להטיב לגמול חסד עם ברואיו השרידים אשר ה' קורא בשמו לחזור להחיותם כמו שהיו ויהיו מוכני' יותר אל עשיית הטוב כי הם נבראים בדמות אדם הראשון בקומתם ובצביונם ואינם דומים לילוד אשה כי הם הנוצרים עפר מן האדמה כאדם הראשון ויהיו מוכני' כמוהו כי היה יציר כפיו של הקב"ה ולא שלט בו יצר הרע כי אם אח"כ שנכשל בחטא נחש ואשתו כן אנשי התחיה יהיו מוכנים אל עשיית הטוב ובזה יאריכו ימיהם כאדם הראשון כמו שבריאתם היתה כמוהו ויהיה להם הכנה וזמן לקיים כל המצות ובזה ישלם יצירתם בצלמו יתברך שיהיו מושלמים בתורה ובמצות כמו שאמרנו: *ſ. Creatio hominis ad imaginem Dei benedicti, imago autem illa eſt Lex, qvia continet omnia Dei nomina (Deus autem & nomen ejus idem ſunt.) Creatus enim eſt homo primus membris 248. & nervis 365. juxta 613. præcepta, & ſic refert Dei imaginem. Propterea voluit Deus benedictus beneficium exhibere, ut retribueret benignitatem reſiduis qvos creavit, & vocat nomine ſuo, vivificando illos ſicut fuerunt, ut eſſent magis idonei ad faciendum bonum, qvandoqvidem illi ad ſimilitudinem hominis primi conditi ſunt, qvod ad ſtaturam & voluntatem illorum attinet, neq; aſſimilantur fœtui mulieris, qvin potius condi-*

conditi ſunt pulvis de terra inſtar hominis primi, ut eſſent idonei, ſicut iſte. Nam erat manibus Dei formatus, neq; cogitatio prava ipſi dominabatur, niſi ex qvo ceciderat per peccatum ſerpentis cùm uxore ſua. Perinde qvi reſurgent, erunt idonei, ad faciendum bonum, & propterea prolongabunt dies inſtar hominis primi, qvemadmodum eorum creatio erat eadem cum illius creatione, eritq; illis diſpoſitio & tempus ad perficienda omnia præcepta, & hac in parte perficietur eorum creatio ad imaginem Dei, ut ſint perfecti in lege & præceptis, ſicut diximus.

Talis ratio eſt כי להיות אדם הראשון יציר כפיו של הק׳ב׳ה היה ראוי שיחיה לעולם וכן זרעו וכן היתה כוונת האל יתברך בזמן יצירתו: *qvia homo primus erat manibus Dei benedicti formatus, conveniebat ut viveret in perpetuum cum poſteris ſuis, & hoc intendebat Deus benedictus cum illum formaret.* *Ratio 2da.*

Talis ratio eſt להיות לימוד התורה ועשיית המצות בשתוף איברי האדם וגופו יתחייב שישתתף גם כן בשכרן: *qvia lex diſcenda, & impletio præceptorũ junctim ad membra humana & corpus pertinent, ſeqvitur etiam conjungi debere in mercede.* Additur autem ibidem, tempus hoc præſens, qvo homo vivit, non ſufficere collationi tantæ mercedis, in mercede autem qvæ capitur in Gan Eden (ſc. ſtatu beato animæ ſeparatæ, unde in *cit. Beth. Eloh. fol.* 111. *col.* 3. dicitur pios recordaturos in reſurrectiône השכר שקבלו בג״ע על מעשיהם הטובים *mercedis, qvam ob bona opera ſua tulerint in Gan Eden,* & *fol.* 112. *col.* 4. dicuntur recordaturi eorum, qvæ illis evenerint בעולם הנשמות *in ſeculo animarum,* unde Gan Eden & ſeculum animarum æqvipollere patet. Ita etiam *R. Moſis Cordueri diſcipulus in præf. lib. Schaare Gan Eden* inqvit: ובהיות יוצא מן העולם הזה לבית עלמו ימצא מקום מוכן אשר היה בתחלה אהלו ונפשותם מתענגין ודשנין מזיו השכינה כפי כח הראוייה לה והוא העדן האמתי המפורש על ידי החכמים הגדולים: *Qvando autem egreditur* (homo) *ex hoc mundo in domum ſeculi ſui, invenit locum aptatum, ubi initio ſubſtiterat, & ubi animæ illorũ* (hominũ) *oblectantur & ſaginantur ſplendore majeſtatis divinæ pro virtute ipſi conve-* *Ratio 3tia.*

niente. Hic eſt verus ille Eden, qvi explicatur à magnis noſtris ſapientibus. His autem non contrariantur illi, qvi GanEden à mundo animarum diſtingvunt, cum duplicem GanEden Judæi ſtatuant juxta *R. Joſuam Aben ſchuif in ſepher Derüſchos f. 91. col. 2.* inqvientem.
שאע״פ שיש ג״ע וגיהנם רוחניים יש גם כן ארציים
qvamvis GanEden & Gebinnom ſint res ſpirituales, ſunt tamen etiam terrena.) non conjungi corpus, qvia additur, כי השכר שקבלו בג״ע לא נשתתף בו הגוף אשר נשתתף בעשיית המצות qvia mercedi, qvam capiunt in GanEden, non conjungitur corpus, qvod conjungitur in impletione præceptorum. Talis eſt,

Ratio 4. qvando dicitur וצריך שישתוו שניהם ביחד אל המנוחה כמו שנשתוו בשעת הבריאה ולכן רצה האל יתברך להחזיר נשמות לפגרים מתים לזמן התחיה כדי שיהיו הנשמה והגוף יחד כבזמן היצירה כי אין מנוחה לגוף בלתי הנשמה : ſ. *Neceſſum eſt, ut ambo* (corpus & anima) *æqvalia ſint ratione qvietis, ſicut æqvalia erant tempore creationis. Propterea voluit Deus benedictus reſtituere animas corporibus mortuis tempore reſurrectionis, ut anima & corpus eſſent una, ſicut tempore creationis, qvandoqvidem non obvenit qvies corpori ſine anima.* Cui accedat, qvod anima in ſeparatione tantùm accipiat mercedem pro præceptis ſpeculativis, in reſurrectione autem pro practicis, dum excitavit corpus ad impletionem legis. Hujusmodi

Ratio 5. ratio & illa eſt, cùm dicitur : האדם לא נברא אלא בשביל עצמו לא בשביל זולתו ואם לא היה כמו קיים באיש בגוף ונפש בזמן התחייה לא היה שום תכלית לבריאתו כי לצמחים ולב״ח יש תכלית לצורך האדם והיא לא היה לו שום תכלית לגופו אם היה נפסד והולך לו : *ſ. homo creatus eſt, nõ niſi propter ſe, non propter aliud; ſi ergò non ſubſiſteret individualiter anima & corpore tempore reſurrectionis, nullus eſſet finis creationis illius, qvandoqvidem plantæ & animalia etiã ob finẽ condita ſunt, ſc. in uſum hominis. Huic ergò nullus foret finis qvod ad*

corpus,

corpus, ſi corrumpatur & intereat. Urgetur porrò ratio alia: *Ratio 6.*
ואחר שחטא ונגזר עליו ועל זרעו שישוב אל עפרו
יתחייב שתשוב הנשמה אל הגוף ויחיה כדי שיהיה
נשלמת כוונתו ית' ומעשהו שבראו בגוף ונפש בעצמו על
ידו : *ſ. qvoniam peccavit* (homo), *& decretū fuit ſuper illum & poſteros ejus, ut reverteretur in pulverē ſuum : neceſſariò anima redibit in corpus & vivet, ut impleatur, qvod Deus benedictus opere ſuo intendit, dū creavit illum* (hominē) *ipſe ſua manu, corpore & anima.* Subnectitur *Ratio 7.*
deinde alia his verbis : ויתרחב טעם זה עוד למצות פרטיות
אשר לא זכו קצת אנשים לעשותם בחייהם בעולם
הזה ובזמן התחייה יזכו והם כמו מי שלא זכה לכיבוד
אב ואם שמתו בהיותו קטן או עברו אביו ומת ילדתו
אמו ומתה עתה בזמן התחייה יזכו לכבדם וכן מי שלא
זכה ללמד את בנו תורה בכמו זה הענין ילמדהו :
ſ. porrò hac ratio ſe extendit ad præcepta particularia, qvæ ut facerent dum vivebant in hoc mundo qvidam homines digni non habebantur, tempore autem reſurrectionis digni habebuntur; v.g. qvi non habebatur dignus, ut honoraret patrem & matrem, qvi moriebantur, dum adhuc eſſet infans, vel imprægnarat pater, & moriebatur; pepererat illum mater, & moriebatur : tunc tempore reſurrectionis digni habebuntur, qvi eos honorent. Ita qvi non habebatur dignus, ut doceret filium ſuum legem, hac ratione docebit illum. Additur alia his *Ratio 8.*
verbis : וכיון שהתחייה היא טובה על ערך הפכה והיא
המיתה שהיא רעה יחוייב היות טובת התחייה לטובים
כי האל יתברך לא ימנע טוב להולכים בתמים וכמו
שעשה טובה זו לשעבר יעשנה לעתיד : *ſ. Cùm reſurrectio ſit bonum qvid, qvia contrarium ejus nempe mors eſt malum qvid, ſeqvitur conferendum eſſe bonum reſurrectionis piis, qvoniam Deus benedictus non denegat bonum integrè ambulantibus; Et qvemadmodum contulit bonum hoc tempore præterito, ſic etiam conferet in futurum.* Rurſus alia his verbis : וכן נביא ראיה מן החוש *Ratio 9.*

אל חיוב התחייה ממה שהיה והוה ויהיה בענין החלום
שחולם האדם שרואה אנשים שכבר מתו זה כמה
שנים ונפרדו ממחשבתו והוא רואה אותם כדמות
וצלמם אשר היה בזמן מיתתם ונדמו לו באופן ראייתו
אותם ודבורו עמהם בחלומו ענינ׳ אשר יהיו ויארעו
לעתיד ואם לא היה להם התיחסות עם הגוף לשוב
איליו כבתחלה לא היו נראים בדמותם וצלמם אשר
היו אלא כדמות רוחות בלי גוף׃ *ſ. ita etiam afferemus argumentum à ſenſibus deductum pro certitudine reſurrectionis, ex eo qvod factum eſt, adhuc fit, & fiet in poſterum. In ſomnio homo ſomniat, ſe videre homines tot jam annis mortuos, qviq; jam illius memoriâ exciderunt; videt illos eâ formâ & imagine, qvam habebant morientes, ipſiq; videtur qvaſi aſpiceret illos, & colloqveretur cum illis in ſomnio de rebus in poſterum eventuris. Qvod ſi non intercederet illis affinitas, ita, ut aliqvando in corpus revertantur, ut antea, non apparerent eâ formâ & imagine, qvâ fuerunt, ſed veluti ſpiritus abſq; corpore.*

Ratio 10. Ultima hæc eſt: וכיון שנאחדו הנפש והגוף יחד לעבוד האל
יתבר׳ בשהזדכך הנפש בגוף המוכן לעבידת האל תשוב
אחר כך לגופו כי ממנו לוקחה ואליו תשוב לזכותו
במה שזכתה והצליחה היא כי שותפים שקולים
הם ויבאו שניהם וגם הנפש היא עקר בחטאת
הגוף ולכן תשתתף עמו לזכותו במה שצדקה ממנו׃
ſ. Cùm couniantur anima & corpus in cultu DEI, ſicubi anima purificatur in corpore apto ad cultum DEI, (ſ. purè inhabitat hujusmodi corpus) revertetur deinde anima in corpus, ex qvo deſumpta erat, ad purificandum illud, pro eo atq; ipſa pura & felix eſt, qvoniam illa æqvaliter ſunt conjuncta & erunt utrinq;. Etiam anima eſt fundamentum peccati à corpore peracti, & propterea conjungetur cum illo ad purificandum illud, pro eo atq; illa juſtior eſt illo. Hæc in *Beth. El.* l. c.

§ 6. Ra-

§. 6. Rationibus iſtis pro reſurrectione mortuorum ex Rabbinis allatis ſubjungi poſſunt etiam ſimilia & parabolæ ex naturâ petitæ, qvibus reſurrectionem pasſim illuſtrare ſolent. Ne longius abeamus in ipſo *Talmude tract. Sanhedr. c.11. fol.91. col.1. lin.2.* hujusmodi ſimilia recenſentur. Verba hæc ſunt: שני יוצרים יש בעירנו אחד יוצר מן המים ואחד יוצר מן הטיט איזה מהן משובח אמר ליה זה שיוצר מן המים אמר ליה מן המים צר מן הטיט לא כל שכן׃ דבי רבי ישמעאל תנא קל וחומר מכלי זכוכית מה כלי זכוכית שעמלן ברוח בשר ודם נשבר יש להם תקנה בשר ודם שברוחו של הקדוש ברוך הוא על אחת כמה וכמה׃ אמר ליה ההוא מינא לר׳ אמי אמריתו דשכבי חיי הא הוו עפרא ועפר מי קא חיי אמ׳ ליה אמשול לך משל למה הדבר דומה למלך בשר ודם שאמר לעבדיו לכו ובנו לי פלטרין גדולים במקום שאין מים ועפר הלכו ובנו אותו לימים נפלו אמר להם חיזרו ובנו אותן במקום שיש עפר ומים אמרו לו אין אנו יכולין כעס עליהם אמר להם במקום שאין מים ועפר בניתם עכשיו שיש מים ועפר על אחת כמה וכמה׃ אם אין אתה מאמין צא לבקעה וראה עכבר שהיום חציו בשר וחציו אדמה למחר השריץ ונעשה כולו בשר שמא תאמר לזמן מרבה עלה להר וראה שהיום אין בו אלא חלזון אחת למחר ירדו גשמים ונתמלא כולו חלזונית׃ Sive: *Sunt* (inqvit filia R. Gamalielis) *apud nos duo figuli, qvorum unus ex aqva, alter ex argilla vaſa effingit: uter tibi horum videtur præſtantior. Qvi ex aqva fingit reſpondit ille* (Cæſar). *Tum illa: ex aqva finxerit* (Deus hominem), *& non multò magis ex luto? Familiares R. Iſmaëlis* (dicebant): *ſi vitrum, qvod ſpiritu hominis ducitur*

Similia & parabolæ reſurrectionem ex natura illuſtrantes de figulo, vitro, rege palatium exſtruente, mure agreſti, limace.

citur & formatur, fractum poteſt reparari, qvanto magis homo ſpiritu Dei conditus? Hæreticus qvidam ſic R. Ammi adortus erat: mortuos reviviſcere dicitis, qvi in pulverem rediguntur: Numqvid pulvis vivet? Cui ille (regerebat) *: Rem Tibi hac parabola explicabo. Rex qvidam erat terrenus, qvi dicebat ſervis ſuis: Agite, exſtruite mihi magna palatia in loco aqvâ & limo carente. Abierunt illi & exſtruxerunt. Aliqvo tempore elapſo conciderunt. Dixit illis: Reædificate illa in loco, limo & aqva abundante. Reſponderunt illi: Non poſſumus. Tum ille iratus regesſit: In loco aqvâ & limo carente exſtruxiſtis, nunc cùm adſit aqva & limus qvantò magis* (poſſetis.) *Si non credis, exi in convallem, & aſpice murem, cujus dimidia pars hodie caro eſt, & dimidia pars terra; cras generationis acceleratione totus caro factus eſt. Fortè dixeris fieri illud aliqvanto temporis ſpatio. Exi igitur in montem, & animadverte hodiè non adeſſe ibi niſi limacem unum, cras cum pluvia deſcenderit, totus* (mons) *limacibus completus erit.*

Aſſertio reſurrectionis per refutationem ſententiæ contrariæ.

§. 7. Brevius aſſeritur reſurrectio per refutationem ſententiæ contrariæ in *Seph. Schef. Emunah. fol.* 124. *col.* 3. Ita verò ibi: ודע שהכחשת שוב הנפש לגוף לא תמלט מאחת משתי סבות אם שיכחישנו המכחיש להיותו ענין בלתי טבעי ויתחייב לפי זאת הסבה שיכחיש הנפלאות כלם להיות בלתי טבעיו או שיכחישנו מפני שלא נזכר בפסוק ולא באהבתו ההגדה האמתי כמו שבא במופתי ואנחנו כבר ביארנו שבאו פסוקים ואם הם מעטים יורו על שוב המתים : ſ. *Scito ſi negetur animam reverſuram in corpus, fieri illud ex una harum duarum rationum: vel ut negans neget propterea, qvod naturaliter fieri neqveat; ſic cogitur ex eadem ratione negare omnia miracula, qvæ naturalia non ſunt; vel ut neget, qvòd in ſcripturis ejus non fiat mentio, nec amplecti velit veram ejus hiſtoriam, ut ſolemus in prodigiis; at probavimus adeſſe loca, qvamvis pauca, qvæ reſurrectionem mortuorum doceant.*

Ἐπίκρισις & reſponſio ad

§. 8. Hæc de natura hujus articuli ex Rabbinis allata breviter nunc examinabimus. Eſſe articulum fundamentalem, & literarum

tum divinarũ auctoritate ſubnixũ Theologi demonſtrant. Qvod a. attinet ad loca in probationẽ adducta, illa non evincunt, qvod debebant. Nam Reſp. ad *Num.* 18. 28. niti Judæorum aſſertum falſa hypotheſi, qvod in reſurrectione qvædam præcepta ſervari adhuc debeant, qvæ hac in vita integrè ſervari non poterant, qvò etiam referunt præceptum de oblationibus, qvod Aaron, cùm in deſerto moreretur, non perfecit. Accedit fateri ipſum *Moſ. de Tran. in Beth El. f.* קו׳ *col.* 2. imbecillitatem argumenti, dum inqvit: וזה הכתוב אין בו הכרח שירמוז לתחיית המתים i. *in hoc Scripturæ loco nil eſſe, qvod firmiter indicet reſurrectionem mortuorum.* Imò in ipſo *Talmude Sanhedr. c.* 11. *in Gemara fol.* 90. *col.* 2. dicitur hunc locum non de Aarone, ſed filiis ejus intelligendum eſſe, qvod illis ſit danda oblatio. Verba hæc ſunt: דבי רבי ישמעאל תנא לאהרן כאהרן מה אהרן חבר אף בניו חברים *Familiares R. Iſmaëlis ita hoc accipiunt, qvod oblatio tribuenda ſit illi ſc. ex filiis Aaronis, qvi ſicut Aaron ſit peritus & obſervans jurium.* Ad *Exod.* 6. 3. ꝶ. ſi per illos, cum qvibus Deus fœdus ſuum ſtabilire vult, Patriarchæ perſonaliter conſiderati tantùm intelliguntur, DEUS ſanè non præſtitit, qvod promiſerat, dum illos non introduxit in Canaan terreſtrem. Itaqve rectiùs de illorum poſteris ſermo eſt. Qvam autem egregiè hæc reſurrectioni conveniant, docet *R. Sal. Ephr. in Seph. Celi Jac. in h. l.* dum ait: ופירושו רחוק מכמה ספקות כי מה ענין תחיית המתים לספור זה שהיה להקב״ה עם משה׳: i. *explicatio ejus longius petita eſt, ob tot ac tanta dubia* (obſtantia.) *Qvid enim rei eſt reſurrectioni cum hoc colloqvio, qvod fuit Deo benedicto cum Moſe?* Dubia illa ibidem evolvi poſſunt. Ad *Deut.* 31. 6. reſpondet pro nobis idem *R. Ephr. in Cel. Jac. in h. l.* ורבותינו זכרונם לברכה לימדו מכאן סמך לתחיית המתים מן התורה שנאמר הנך שוכב עם אבותיך וקם ולימוד זה תמוה מאד כי מי לא יודע בכל אלה שמאמר וקם סמוך אל העם וגו׳: i. *Rabbini noſtri p. m. docuerunt exinde probari, reſurrectionem mortuorum fundatam eſſe in lege, qvod dicatur: ecce tu cubaturus es cum majo-*

dicta pro reſurrectione allata.

majoribus tuis,& ſurget. At hæc doctrina valdè mira eſt. Quis enim neſcit inter illos omnes dictionem וקם (& ſurget) *cohærere cum* העם (populus) *&* זנה [ſcortabitur]. Ita etiam explicat *R. Abendana in h.l.* Imò in *Talmude ipſo in Sanhedr.c.11.in Gemar.fol.90. col.2.* legitur Sadducæos,cum R.Gamaliel hunc locum Deut.31. 6. pro reſurrectione allegaſſet, eodem modo reſpondiſſe. Textus hic eſt: אמרו ליה ודילמא וקם העם הזה וזנה: dixerunt illi: fortasſis hoc ita intelligendum eſt, & ſurgens populus hic ſcortabitur. Qvod autem attinet ad allegoricam iſtius phraſeos explicationem,dicimus illam eſſe duram, & allegoricas hujusmodi explicationes in dictis de reſurrectione mortuorum rejici ab ipſis Rabbinis.Ita enim explicatio allegorica R.Salomonis in Ex.6. v.3.rejicitur ab ipſo *R.Ephr.l.c.fol.144.col.1. Ad Exod.15.1.* reſpondet pro nobis *R. Ab. Eſr. in h.l.* משפט לשון הקדש לומ׳ לשון עתיד תחת עבר עם מלת אז. אז יבנה שלמה אז ידבר יהושע אז יבדיל משה וככה בלשון ישמאל: *i. ſolet lingva ſancta loqvi in futuro, loco præteriti additâ voculâ* אז (v.g) *tunc exſtruet Salomo*(1.Reg.11.7.)*tunc loqvetur Joſua*(Joſ.10.12.) *tunc ſeparabit Moſes* (Deut.4.41.),*& ita etiã evenit in lingva Arabica.* Ita etiam *Raſchi* אז explicat de præterito,cùm ait: אז כשראה הנס עלה בלבו שישיר שירה: ſ. *tunc, poſteaqvam viderat miraculum, venit in mentem, ut cantaret hymnum. Et Moſ.de Tran. in Beth. El.fol.107. col.3.* ait ſimiliter אז non poſſe explicari de futuro, ſi hujusmodi canticis præfigatur. Qvæ etiam conveniunt loco *Joſ.*8.30.*& Pſ.*84.5. *Ad Lev.*25.10.reſpondetur: *R.Aben Eſra* rectè ibi per איש intelligit העבר הנמכר לישראל ſervum Judæis venditum. Ita etiam rectè *R. Jarchi* intelligit את הנרצע perforatum (ſervum.) E. משפחה ſ. familia hæc erat illa, ad qvam ſervi coëmpti pertinebant. Ad *Eſ.* 52. 8. Rx. rectè *Abarbanel* in h.l. explicat de זמן הגאולה tempore redemtionis, in qvod tempus non cadere reſurrectionem docet *R.Ephr. l.c.fol.44. col.1.* his verbis: ועוד שלא מצינו בתורה ובנביאים ובכתובים שלימות המשיח יחיו האבות וישבו על אדמת ישראל:

ſ. Por-

ſ. *Porrò non reperimus in lege, Prophetis, aut hagiographis, qvod in diebus Meſſiæ revicturi ſint patres,& habitaturi in terra Iſraëlis.* Explicatio *R.de Trana* facilè rejicitur: ipſe ſe ſuo jugulat gladio. Dicit propterea reſurgere debere prophetas, ut poſſint eo modo canere ſuas prophetias eveniſſe, qvo modo ante Iſraëlitas increparant. Sed increparunt eos non ſimul omnes, qvia omnes Prophetæ non ſimul vixerunt. Ergò nec ſimul cantabunt, juxta Judæum ipſum. Et ſic ex vocibus *pariter cantabunt*, nil ſperari poteſt pro reſurrectione mortuorum præſidii. Ad *Deut.* 33. 6. reſpondet *R. Abrab. Seba in Tzer. Hamm. in b. l.* כבר ידוע שהחוטה הוא חשוב כמת כאומרו הנפש החוטא היא תמות וכאומרו יומת המת ולפי שראובן חטא בענין בלהה עד שכמעט היה חשוב כמת לכן אמר משה יחי ראובן להורות שהיה חי ובעל תשובה: ſ. *Notum eſt, peccantem haberi pro mortuo, juxta illud: anima,qvæ peccaverit,morietur.* (Ezech.18. v.4.) *& illud: occidatur moriens.* [Deut.17.6.] *Qvia autem peccarat Ruben re habitâ cum Bilha, adeò ut ferè pro mortuo haberetur, idcircò ait Moſes, vivet Ruben, ut indicet qvòd vixerit, & pœnitentiam egerit.* Sed à pœnitentia ad reſurrectionem concludi neqvit, cùm etiam impii reſurgant. Neqve reſurrectio fit propter meritum patrum, ut explicarat hunc locum ſupra *R.de Trana*, qvia etiam ii, qvi nihil meruerunt, reſurgent, i. e. ſceleſti qvicunqve fatentibus Judæis ipſis. Ad *Gen.*3 19. reſpondet *R.Alſcbeeb in Thor.Moſ. in b. l.* ועתה עפר אתה כי נתעכר איכותך כעפר ע״י זוהמת נחש ואיך לך תקנה לשוב אל הקיד׳ עד אשר אל עפר תשוב ושוב אעשך מן העפר משולל זוהמ׳ נחש כאש׳ עשיתיך מאז בכל השלמות שהיה בך כבראשונ׳: ſ. *Nunc pulvis es tu, qvoniam turbida facta eſt qvalitas tua inſtar pulveris, per inqvinantem ſerpentem, neq; diſpoſitio Tibi eſt ad priſtinum ſtatum redeundi, donec in pulverem fueris reverſus. Deinde rurſus te ex pulvere effabricabo mundatum ab inqvinamento ſerpentis, ſicut feceram Te olim in initio cum omnibus perfectionibus.* E. ſtatus reſurrectionis à reditu in pulverem diſtingvendus eſt. Ad

Mal. 4 *v.* 1. 5. 6. reſpondetur. Ipſe *Abarbanel in h. l.* laudat *Aben Eſram*, qvod ſcripſerit hanc Paraſcham eſſe explicandam de futuro, ſed addit: אבל לא ידענו אם כוון על קבוץ הגליות והוא היותר נראה מדבריו או על תחיית המתים; *ſed ignoramus, num intenderit collectionem captivorum, uti videtur ex verbis ipſius, an reſurrectionem mortuorum.* E. ipſe adhuc dubitat, de qvo loqvatur textus. De Eliæ autem adventu audiatur *Maimon in Hilc. Melach. c.* 12. *§.* 2. inqviens: יש מן החכמים שאומרים שקודם ביאת המשיח יבא אליהו וכל אלו הדברים וויצא בהם לא ידע אדם איך יהיו עד שיהיו הדברים סתומים הם אצל הנביאים &c. ſ. *Sunt ex ſapientibus, qvi dicunt ante adventum Meſſiæ,* (in qvem volunt cadere reſurrectionem) *venturum Eliam; ſed hæc omnia & his ſimilia nemo hominū novit, qvomodo ſe ſint habitura, usq; dum eveniant hæ res apud Prophetas obſignatæ.* Verbum autem השיב hic non ſignificare reſpondere, ſed convertere indicat *R. Jarchi*, dum addit להקב״ה (ad Deum.) Rectiùs E. hic agitur de adventu Meſſiæ in carnem. Ad *Deut.* 6. 24. reſp. In Hebræo habetur Pihel לחיתני, qvod non modò vivificare, ſed & in vita conſervare ſignificat, uti accipitur Pſ. 72 30. Ad *Pſ.* 104. 29. Reſpondemus cum *Kimchio in h. l.* ויתכן לפרש הפסוק הזה על כל החיים לא על האדם לבד ויהיה פי׳ תשלח רוחך יבראון אחרים: ſ. *convenit explicare verſiculum hunc, de omnibus vitâ præditis, non de homine ſolùm, & ſenſus erit; emittis Spiritum tuum, creantur ſcil. alia (animantia.)* Ita etiam explicat *R. Jacob Abend. in notis ad Michl. Joph. in h. l.* inqviens: ויתכן לפרש הפסוק הזה על כל החיים כי יבראון אחרים כי ימותו אלה ויולידו אחרים תחתיהם (*Convenit explicare verſum hunc de omnibus viventibus. Nam creantur alia* (viventia) *eo modo, dū hæc moriuntur & generant alia in ſuum locum.* *R. Salom. Ben Melech* reſpondetur, explicationem v. 16. Eſ. 57. hac ratione eſſe duram, & hinc ab ipſis Judæis rejici. Nam *R. Joſeph. Kimchi* & *R. Salomo* longè aliter expli-

plicant,qvorum verba adjecit *R. Abendana* in Spicilegio ſuo ad illum locum. Commodè autem locus ille ita explicatur ut conveniat cum antecedentibus.

Reſponſio ad qvæſtiones R. Maimon.

§. 9. His ponderatis delabimur ad *R. Maimonidem*, cui reſpondemus ad qvæſtionem primam, dicta Scripturæ, qvæ reſurrectionis fidem tollere videntur, loqvi tantùm de naturæ lege, juxta qvam fieri non poſſit. Utamur verbis *R. Joſ. Albo in Sepb. Icc. l. 1. c. 22.* אף אם הם נמנעות אצל הטבע אינם נמנעות בחק הבור׳ ; ſ. *ſi naturæ impoſſibilia* (talia) *ſunt, non ſunt impoſſibilia decreto creatoris.* Ita & *R. Saadia in Sepb. Æmun. fol. 34. col. 4.* reſpondet, inqviens : והתבוננתי כל זה היטב ולא מצאתי אחד מהם שהחפץ בו שהבורא אמר שלא יחיה את המתים אבל כל זה כפיר שאין אדם יכול לקום מן הקבר אחר רדתו אליו ושאינו יכול להנער מן העפר ולשוב אל ביתו ; ſ. *Conſideravi illa omnia* (dicta) *diligenter, neq; tamen invenio vel unicum ex illis, qvod indicet Creatorem dixiſſe, ſe non vivificaturum mortuos, ſed illa omnia docent, hominem non poſſe ſurgere poſteaqvam deſcenderit in ſepulchrum, neq; excitare ſe ex pulvere* (ſ. ut poſtea explicat להחיות את עצמו ſe ipſum vivificare) *& redire in domum ſuam.* Ad qvæſtionem ſecundam reſpondet *R. Menaſſe Ben Iſraël l. 1. de reſurr. c. 13.* citante *Clar. Dno. Pocock. in Port. Moſ. in not. p. 98.* Addimus, cum *Maimon*, ob has duas motas qvæſtiones malè audiat, *Abarbanelem* illum excuſare in *Roſ. Am. fol. 20. p. 2. lin. 10. à fin.* ubi ait : אמרו במשנה שהכיפר בה אין לו חלק לעולם הבא והרב הלך בעקבות המשנה המקובלת : *dicitur in Miſchna, qvod qvi negat illam* (reſurrectionem), *non habeat partem in futuro ſeculo. Raf autem* (Maimon) *ſecutus eſt veſtigia Miſchnæ receptæ.* E. R. Maim. ut adhærens Miſchnæ non habendus eſt pro eo, qvi hæc aliter qvàm προβλεματικῶς diſputavit. Qvod patet etiam ex eo, qvia ſupra inter articulos fundamentales reſurrectionem refert, & ipſe huic ſuo problemati eodem modo reſpondet, teſtante *Abar-*

Maimon excuſatur ab Abarbanele in Roſch Aman.

 banele

Digitized by Google

banele in Nach. Af. Rad.3. dum ait: כי כמו שכתב הרמב״ם באגרת התחייה למה נכחיש הנס הזה יותר מכל הנפלאות שספרה התורה בהיות כלם דברים נמנעים כפי הטבע ומנהגו *Nam ut ſcribit R. Maimon in Epiſtolâ de reſurrectione, qvare negemus miraculum hoc magis qvàm omnia miracula, qvæ lex recenſet, cum omnia naturam ejusq́ conſvetudinem excedant.* Aliter excuſatur in *Afod. Hacc. f.* נה *col.2.* ubi hæc leguntur: הרמב״ם ז״ל שפט משפט מות על בני תחיית המתים ועל המשיח ודורו וזה גרם לו הסתבכותו בשרשים הפלוסופיים והדבקו בהם וחשבו שהם אמתיים באמתת של תורה ח״ו ולזה פירש דברי התורה באופן שיסכימו עם דברי ארסטו &c. ſ. *Rambam morti adjudicavit illos, qvi reſurgent, ut & Meſſiam cum ſua generatione. Inductus autem eſt ad hoc, eò qvod ſe principiis philoſophicis implicaret, illisq́ adhæreret, & veritati ſcripturæ æqviparares, qvod abſit. Propterea explicat verba ſcripturæ eum in modum, ut conſentiant cum verbis Ariſtotelis.*

In Afod. Haccod.

Reſponſio ad rationes pro reſurrectione, it. ad parabolas &c.

§. 10. De probationibus denique adjectis pauca dicenda veniunt. Eæ autem maximam partem pro ſolorum juſtorum reſurrectione militant, qvam ſententiam deinceps videbimus. Sic ad juſtos reſpicitur, qvando dicitur, DEUM propterea reſuſcitaturum mortuos, ut ſint magis idonei ad faciendum bonum, ut corpus ſicut antea in labore, ita in mercede conjungatur, ut qvietem ſentiat, ut præcepta qvædam particularia adhuc impleantur, ut bonum omnium maximum piis non denegetur, utq; anima corpus purificet atqve felicitet. Qvando autem aſſeritur, reſurrectionem propterea ſecuturam, qvia Deus hominem crearit, & cum poſteris immortalem voluerit, cùm conderet, it: qvia aliàs debuiſſet propter aliud eſſe conditus ut creaturæ reliqvæ, qvæ propterea intereant: illa non minus pro impiis valebunt. Qvod ad ſomnia attinet, illis qvi fidit etiam inſomnis ſomniat. Parabolæ & ſimilia de figulo, vitro, rege palatium exſtruente, mure agreſti, & limace allata tolerari poſſent qvodammodo, ſi ad illuſtrandam reſurrectio-

ctionem afferrentur. Probant enim nihil aliud qvàm Deum poſſe homines mortuos reſuſcitare, inde tamen nondum evincitur ita evenire debere, & Deum velle reſuſcitare, qvod non ex natura ſed ſcriptura diſci Theologi demonſtrant. Qvæ autem ex *Sebefile Emunah* adducta ſunt, admitti poſſunt, niſi qvod alia Scripturæ loca nos atqve ille autor urgeamus.

CAPUT II.

De Cauſa efficiente reſurrectionis,

. ſ.

בפועל התחייה :

§. I.

HAnc ſtatuunt Judæi DEUM omnipotentem, *in Sanhed. & in Cheleck Taan. c. 8. §. 2. in En. Iſr.* ubi ita: ג' מפתחות לא נמסרו לשליח של חיה ושל גשמים ועל תחיית המתים : ſ. *Tres claves non ſunt traditæ ulli legato, vitæ, pluviæ. & reſurrectionis mortuorum.* Hinc & *Joſeph. Albo Seph. Icc. ſermone 4. c. 35.* ait: ואבל לפי שזה הדבר רחוק מאד מדרך הטבע יחכו אנשי כנסת הגדולה במטבע הברכות זה הדבר אל גבורת השם ית' ואמרו אתה גבור לעולם יי' מחיה המתים אתא רב להושיע כלומר אתה גבור ויכול על כל דבר שיצוייר מציאותו אצל השכל ואין גבורתך כגבורת ב"ו כי גבורת ב"ו היא להמית את החיים וגבורת הש"י בהפך שהיא להחיות את המתים *&c.* ſ. *Verum qvia hoc ordinariam naturæ legem longè excedit; idcircò viri ſynagogæ magnæ in formula ſuarum benedictionum, illud potentiæ divinæ adſcripſerunt, dum ajunt: tu potens in ſeculum domine, tu mortuos vivificas, & magnus es ad ſervandum: q. d. tu fortis & potens es ad omnia perficienda, qvæ ab intel-*

Cauſa efficiens eſt Deus, probatur ex En Iſraël.

Ex Joſeph. Albo Iccar.

intellectu capiuntur, neq; eſt potentia tua, ut potentia hominis. Potentia enim hominis eſt vivos afficiendi morte, at è contrario potentia DEI benedicti mortuos vivificandi. Conſimiliter *R. Moſ. de Tran. in Beth. Eloh. fol.* קט *col.* 2. reſurrectionem ſoli Dei verbo adſcribit, qvando ad hiſtoriam reſurrectionis apud Ezechielem ita commentatur: ולכן אמר לו האל יתברך הנבא בן אדם ואמרת וגו' כי הדבר תלוי בנבואתך ודיבורך באי זו שעה שתרצה להנבאת עליהם גזרתי אומר שיחיו על ירך: ſ. *Propterea dixit illi* (Prophetæ) *Deus benedictus: vaticinare fili hominis, & dic &c. Res enim dependet à prophetia & oratione tua. Qvo tempore volueris illis vaticinari, decretum meum eos jubebit per te vivere.* His aſtipulatur *R. Iſaac Abarb. qvi in præfat. in Eſ. rad.* 3. hæc habet: והנה הנביא ישעיה אשר עמד בסוד ה' ביאר שהתחיות תהיה על דרך הפליאה העצומה והפועל בה יהיה הקדוש ברוך הוא לא המערכה כאומרו בנבואה הכ' והיה ביום ההוא יפקוד ה' על צבא המרום וגומר ואוספו אספה וגומר וחפרה הלבנה ובושה החמה כי מלך ה' צבאות בהר ציון ובירושלם ולזה נקרא זמן תחיית המתים יום השם לפי שתהיה על דרך הפליאה: ſ. *Ecce Propheta Eſaias, DEI arcanis admiſſus, explicat reſurrectionem ſe habituram valdè mirabiliter, & cauſam efficientem ejus fore Deum benedictum, non vero ſidera, dum ait in prophetia* 20. (c. 24. 21.) *& erit tempore illo, animadvertet Jehova in exercitum excelſum &c. ut colligantur collecti &c.* (ib d. v. 22.) *& pudebit ipſam lunam, & erubeſcet ſol, cùm regnabit Jehova exercituum in monte Tzionis & Hieroſolymis. Propterea vocatur tempus reſurrectionis mortuorum dies Domini, qvia illa fiet per miraculum.*

Ex Moſe de Trana in Beth Eloh.

Ex Abarbanele præfat. in Eſ.

Ἐπίκρισις.

§. 2. Qvid adhæc dicamus, non habemus aliud, niſi illud, Deum qvidem rectè ſtatui reſurrectionis autorem, ſed non ut eſt una perſona, ſicut Judæi volunt, verùm ut eſt in perſonis trinus.

Neq;

Neq; tamen illam virtutem & potentiam dividi dicendum eſt; vel voluntates eſſe in Deo contrarias, ut illi putant, qvi qvando nos tres perſonas ſtatuere audiunt, tres credere Deos arbitrantur. Unde *in Sef. Mizſ. Gad. R. Moſes Kotz.* ita infit: (f. צז col. 1. edit. de A. 1547.)

זרב סעדיה כתב להשיב לכופרים שאומרים שה שנים או שלשה אם לא יוכל האחד לעשות מעשה אלא בעזר חברו הרי שניהם חלשים ואם אחד מהם יכול להכריח את חברו הרי שניהם מוכרחים ואם שניהם רשאים לעשות כל אחד מה שירצה ובקש אחד להחיות אדם והאחר בקש להמיתו ראוי שיהא האיש ההוא מת חי וחי מת לאלתר כהרף עין ואם יוכל האחד להסתיר דבר מחברו הרי שניהם נלאים:

R. Moſes Kotzenſis in Mizſ. Gad. Chriſtianos tres ſtatuentes perſonas tres ſtatuere Deos opinatur.

i. R. Saadia ſcripſit, ut reſponderet adverſariis, qvi dicunt, eſſe duos (Deos) *vel tres: ſi unus neqvit aliqvid facere, niſi auxilio alterius, ecce ambo ſunt infirmi; ſin verò unus poteſt alterum cogere, ecce ambo coguntur; ſin verò utriq; licet facere, qvod vult, & unus vult in vita hominem conſervare, alter autem occidere, neceſſe erit, ut homo iſte moriatur & vivat, vivat & moriatur extemplò, qvaſi ictu oculi; ſin verò unus poteſt aliqvid occultare ab altero, ecce ambo debiles ſunt.*

CAPUT III.

De Forma reſurrectionis,

i.

בצורת תחיית המתים:

§. I.

FOrmam hanc collocant Judæi in eo, שכמו שהיו האנשים בחייהם באותו גוף ובאותה נשמה יחיה אותם הקב"ה וישיב אותם לזה העולם באותו אופן עצמו: *qvod homines eodem modo, qvo ſe habuerunt viventes, iisdem corporibus, & eadem animâ DEUS benedictus ſit vivificaturus, & eo ipſo modo*

Forma conſiſtit in eo, dum idem corpus animabitur, & reſurget.

Ita Abarb. in Nach. Afoth. Ita in Afod. Haccod.

modo in hunc mundum reducturus. Qvæ verba ſunt *Abarb. rad.3. in Nach. Af. fol.*140. *p.*1. Eadem ferè leguntur in *Afod. Haccod. fol.*כב *col.* 4. *in fin. c.* 40. ſcilicet שה״קבה יחיה המתים וינערם [illegible] מעפרם והגוף עצמו שמת הוא אשר יקום כדי שיתפרסם שזו תחיית המתים ממש לא יצירה חרשה כיצירה ראשונה: *qvod Deus benedictus vivificaturus ſit mortuos, & excitaturus eos ex pulvere illorum, ita ut illud ipſum corpus, qvod fuerat mortuum, ſurgat, & pateat manifeſtè eſſe revera vivificationem mortuorum, non novam creationem, ut fuerat creatio prima.* Adducitur ibid. *fol.*כג. *col.*1. teſtimonium *R. Chajæ*, qvi dixerit: ולא עוד אלא דההוא גופא דהוה יקום ממש דכתיב יחיו מתיך לא כתיב יבראון דמשמע דבריין אנון אבל יחיו: *ſ. non aliud, ſed illud ipſum corpus, qvod fuit, reſurget, ſicut ſcriptum eſt: mortui tui vivent* (Eſ. 26. 19.) *non ſcriptum eſt: creabuntur, ut eſſet ſenſus, illos creatum iri; ſed* יחיו *victuros illos.* Idem ſentit *R. Menaſſe lib.*2. *de reſurr. c.*15. inqviens: *Reſurrectio nihil aliud eſt, qvàm ejusdem corporis cum eadem anima conjunctio in eadem forma ac figura, ac proinde vocatur* תחיה *i. e. nova vita, qvia hæc reſurrectioni propria eſt. Qvare ex communi Hebræorum ſententia dicimus reſurrectionem fore, qvod ad idem numero corpus, eademq; numero qvalitates.*

Ita R. Chaja.

Ita R. Menaſſe.

Ita in Af. Roch.

Conſimilia recitantur in *Af. Roch. part.*4. ubi refellitur eorum ſententia, qvi dixerant, Deum conditurum è pulvere hominem mortuum, & additur: הרי שאינו אותו אשר מת אלא אחר ברא הק״בה כדוגמתו של ראשון אשר מת וזה בנין אחר חרש אשר הקים אל יעלה בלבך הרבר כי אדם אחר הוא שבנה אלא אותו ממש הוא שיקים ויבנה מהיסור הראשון; ſ. *Ecce ille non erit iſte, qvi moriebatur, ſed alium conderet Deus benedictus ad exemplar prioris demortui, & hæc nova ſtructura* (eſſet) *qvam produceret; Noli cogitare, qvod alius ſit homo ita fabricatus, ſed illum ipſum reſuſcitabit & exſtruet ex priori materia.*

Qvomodo idem corpus reſurgat.

§ 2. Patet itaqve idem corpus rediturum. Qvomodo autem fieri illud poſſit, de eo magna animorum contentione disqvirere

qvitere Rabbini ſolent. *R. Abarb. præfat. in Eſ. rad. 4.* contra *R. Saadiam* ita diſputat: אמנם איך ישוב הגוף לאיתנו כבר זכר הגאון דעתו בזה שגוף האדם במותו לא ישוב אל כללות היסודות להתערב בכללותם אבל חלקי הגוף ההוא ישארו ביסודות רשומים ונפרדים ושמורים לא תרכב פעם שנית בגוף התחייה ויותר נאות ומתישב הוא ע״נאם שיחדש ויברא הקב״ה בזמן התחייה גופות מעפר האדמה עם הטל השמימי שיוריד האל יתברך עליו כמו גוף אדם הראשון בימי בראשית ויהיו אותם הגופות כמו הגופות הראשונים בלי פחות ויתר וממזגם ולפי שהמדות והתכונות ימשכו אחרי המזגים יחוייב שיהיו בהם כראשונים בלי שנוי כלל ובהיות החמר ההוא כראשון והנפש שהיא ההבדל המיחד היא עצמה שהיתה שמה בראשונה יצדק אמרו שישובו ויחיו אותם המתים עצמם : ſ. *Verùm qvomodò reverſurum ſit corpus in ſtatum priſtinum, de eo ita refert ſententiam ſuam Gaon, qvod corpus humanum, dum moritur, non redeat ad elementa univerſalia, ut iis miſceatur, ſed particulæ corporeæ remaneant in elementis, diſtinctæ & reſervatæ, non autem de novo fiat in corpore reſurrecturo compoſitio. Magis autem conveniens & ſolidum eſt, ut dicatur: Deum de novo creaturum tempore reſurrectionis corpora è pulvere terræ, & rore cœleſti, qvem in illa immiſſurus ſit, ſicut in corpus primi hominis tempore creationis, & illa corpora ſe habitura priorum inſtar, ſine defectu vel exceſſu, ejusdemq; fore temperamenti. Qvia autem mores & qvalitates ſeqvuntur temperamentum, ſeqvitur easdem illis inhæſuras inſtar priorum, ſine ulla mutatione. Itaq; cum materia prorſus inſtar priorum conſtent, eademq; animâ (ceu differentia corporis) qvæ in priori fuerat; verè affirmabitur eosdem numero mortuos reſurgere.* Itaqve *R. Gaon* ſtatuit, propterea dici idem corpus reſurrecturum, qvia non in elementa univerſalia ſit diſſolvendum; *R. Abarbanel* autem qvod ſimile priori ſit producendum. Cum *Abarbanele* facere vi-

Sententia R. Abarbanelis & Saadiæ.

Sententia R. D. Kimchi.

detur *R. Dav. Kimchi in Mal.* 4. ubi ait ad v. *Ego mitto vobis Eliam &c.* אף על פי שאני מזהירכם על תורת משה בכל דור ודור אף על פי כן לטובתכם אשלח לכם את אליהו הנביא והטעם שישיב נשמתו שעלתה לשמים אל גוף נברא כגופו הראשון כי גופו הראשון שב אל הארץ בעלותו כל יסוד אל יסודו ואחר שיחיה אותו בגוף ישלחנו לישראל לפני יום המשפט והוא יום השם הגדול והנורא: ſ. *Etiamſi ego vos admoneo legis Moſaicæ ſingulis ſeculis: nihilo tamen minus in bonum veſtrum mittam vobis Eliam Prophetam. Senſus eſt: qvod immiſſurus ſit denuò animam ejus, qvæ abierat in cælum, in corpus creatum ad inſtar corporis prioris, qvandoqvidem corpus primum rediit in terram, cùm ille aſcenderet, qvodlibet elementum ad ſuum elementum. Poſtqvam autem illum in corpore viviſicaverit, mittet illum ad Iſraëlem, ante diem judicii, qvi eſt dies domini magnus & terribilis.* In eadem ſententia

Sententia R. Aaron ex R. Joſeph. Albo.

fuit *R. Aaron*, de qvo hæc refert *R. Joſ. Alb. Iccar. l.* 4. *c.* 30. *f.* 145. *p.* 2. אמר הר׳ אהרון ז״ל כי בשיגיע זמן תחיית המתים יחדש הקב״ה לכל אחד מהצדיקים גוף אחר באותו מזל לגמרי שהיה לכל אחד ואחד מהם התחלה שוה בשוה: ſ. *Dixit R. Aaron p. m. Deum benedictum tempore reſurrectionis unicuiq; juſtorum de novo fabricaturum aliud corpus, ſub eadem prorſus conſtellatione, qvæ unicuiq; fuit ab initio, omnimodâ æqvalitate.*

Sententia communis, de oſſiculo.

§. 3. Communiter autem ſtatuunt Rabbini, idem corpus reſurrecturum propterea, qvia oſſiculum remaneat in corpore humano, qvod non putreſcat, ex qvo deinde idem corpus prodeat.

Ex Afod. Haccod.

Audiatur *R. Meir Ben. Gab. in Afod. Haccod fol.* 53 *col.* 1. ita inqviens: ובאור זה כפי מה שקבלו חכמי האמת אמרו כי הקב״ה משאיר בגוף האדם עצם אחד קטן והוא התחתון שבשדרה והעצם הזה אינו כלה ולא נפסד לעולם ונקרא בלשון רבותינו ז״ל תרווד רקב אמרו כפ׳ לד מפרקי

מפרקי ר׳ אליעזר ר׳ שמעון אומר כל הגופות נוגעין
בעפר הארץ עד שאינו משתייר מן הגוף אלא כמלא
תרווד רקב והוא מתערב כעסה וכו׳ והנה זה יסוד
חזק על מה שיבנה בנין הגוף ועליו ישלם מציאות
התחייה בענין שלא תהיה יצירה חדשה כי אם תחיית
המתים: i. *Explicatur hoc juxta traditionem Rabbinorum fide dignorum. Deum inqviunt relinqvere in corpore humano os aliqvod parvum, qvod ſit infimum ſpinæ dorſi, nullo tempore conſumatur & corrumpatur. Vocatur autem à Rabbinis noſtris p.m. Tharfad Racaſ.* (cochlear putredinis.) *Ajunt c.34. in capp. R. Elieſer: Dixit R. Simeon: omnia corpora rediguntur in pulverem terræ, ut non remaneat à corpore, niſi plenus cochlear putredinis, qvi commiſcetur inſtar maſſæ, &c. Ecce autem hoc eſt firmum argumentum reædificationis corporis, & tale qvo nititur; reſurrectionem non futuram novam creationem, ſed reviviſicationem mortuorum.* Audiatur qvoqve *R. Abarb.* *in Nacb. f.*140.*p.*2. וגם מלבד זה קבלו ח״זל שיש עצם
אחר בגלגלת האדם במקום חוט השדרה שלא
יתעפש ולא יפסד בשום זמן והוא יהיה נושא
התחייה עצם שווי הגוף בהרכבתו ומזגו וחלקיו;
i. *Præterea tradunt ſapientes noſtri p. m. eſſe os aliqvod in cranio hominis loco medullæ ſpinæ dorſi, qvod nullo tempore putreſcat & corrumpatur, idq; eſſe ſubjectum vel fundamentum reſurrectionis, ut æqvale corpus prodeat, qvod ad compoſitionem, temperamentum atq; partes ſuas.* Eadem recitantur in *Afc. Roch. part.*4. niſi qvod adduntur hæc: ואומרים עליו שהוא חזק מאד כפטיש
יפוצץ כלע —— ואמרו מעשה באדם אחד שרצה
לנכות את תקפו והכה עליו במרזב ונשבר המרזב
והוא לא נעשה בו רושם כלל ועל זה העצם
עתיד הקב״ה לבנות בנין הגוף ולהחזירו לבנינו הראשון:
i. *dicunt eſſe duriſſimum* (os) *inſtar mallei diſſipantis petram* ——.

Ex Abarbanele in Nacb. Afoth.

Ex Afc. Roch.

Et referunt de non nomine, qvi probaturus ejus duritiem percuſſit illud malleo, ſed malleus frangebatur, in illo nullo apparente veſtigio (percusſionis;) *Atq; ex hoc oſſe fabricabit Deus ſtructuram corporis, illudq; inſtaurabit in ſtructuram ſuam priorem.* Adjungimus verba *R. Jehud. Zab.* rem magis illuſtrantia. Ita verò ille in *Mich. Thech.* ואם תשאל מאין יציץ יסודם כבר בארו ז״ל כי עצם אחד יש בשדרו של אדם נקרא לוז שאינו נמוח לעילם לא כלה ולא בלה וממנו מתרבה יסודו ומחדש עצמות וגידין ובשר כמו שהיה מתחלה וכן אמרו בבראשית רבה: ſ. *Si qvis qvæſiverit, unde germinabit principium illorum* (qvi reſurgent?) *docuerunt Rabbini p: m. eſſe os qvoddam in ſpina dorſi humani appellatum Lus, qvod nunqvam putreſcit, conſumitur, vel inveteraſcit; ex qvo ſuccreſcat fundamentum* (corporis) *qvod oſſa, nervos, ac carnem innovet, ſicut ab initio fuerat, id qvod dixerunt in Bereſchith Rabba &c.* Conſonant his illa *R. Menasſis de Reſurrect. lib. 2. cap.* 15. inqvientis: *Ajunt in ſpina dorſi aliqvod osſiculum eſſe, qvod nunqvam pereat; ex iſto osſiculo ſolo poſt interitum & annihilationem omnium aliarum partium, dicunt, hominem inſtauratum, reſtitutumq; iri, in reſurrectione mortuorum.* Probare illud vult ibid. ex ſcriptura, qvando pergit: *Sunt, qvi arbitrentur, Davidem hujus osſiculi mentionem facere, cum ait, cuſtodiam oſſa ejus, unum ex iis non conſumptum eſt, Pſ.* 34. 21. Addit *Baal Aruch*, qvod ſit ſimile ללוז ſ. amygdalæ. Conſimilia his leguntur in *Zohar in Gen. col.* 206. גרמא חד דאשתאר ביה בבר נש תחות ארעא ההוא גרמא אתעביד כעיסה בחמירא ועליה יבנה קב״ה כל גופא: *Ecce enim os qvoddam, qvod incorruptum manet in homine etiam ſub terra, illud inqvam os factum eſt ſicut maſſa fermenti, & per illud readificabit Deus benedictus totum corpus.* Et *col.* 324. inter alia leguntur hæc: *Traditio eſt, dixit R. Schimeon, os illud qvare magis ſtabile permanet qvàm omnia reliqva oſſa? propterea qvod eſt fallax, neq; percipit guſtum alimenti humani, ſicut reliqva oſſa, & propterea eſt fortius reliqvis*

Ex Zaham in Mich. Tech.

Ex R. Menaſſe de reſurrect.

liqvis oſſibus omnibus, & illud futurum eſt fundamentum corporis, ex qvo nempe exſtruatur. In libro *Adam Sich. cap. de reſurrectione,* hanc in rem propterea ſcribitur ita: *Lus eſt os ſpinæ dorſi in homine, qvod non comburitur, neq; corrumpitur in perpetuum.* Ita etiam in *Vajick. Rab. & Jalck.* Vid. *Cl. Buxt. Lex. Talm. Rad.* לוז.

Oſſiculum rore tingetur.

In Adam Sicbli.

§. 4. Ad hoc oſſiculum deinde accedere ajunt rorem cœlitùs delapſum, qvo ex illo eò commodiùs corpus exſtruatur. De hoc rore legitur in jam citato *Adam Sicbli*, ubi verbis anteà allegatis ſubnectuntur hæc: *Eſt autem radix hujus oſſis ex ipſo cœlo, & humectatur rore, qvo Deus aliqvando in vitam revocaturus eſt mortuos, tanqvam fermento, qvod eſt in maſſa farinæ.* Ita qvoqve docemur in *Afod. Hacc. l.c.* והטל ההוא יכנס בתוך העפר עד שיגיע אל העצם ההוא וירטבנו עד שיעשה כעיסה זו בתוך העפר ויתפשט לכל צד ויתכו ממנו כל האיברים וגידין ועצמות ובשר ועור מלמעלה: ſ. *Ros hic ſe diffundit in pulverem, donec pertingat ad os illud, ut fiat inſtar maſſæ in pulvere, extendaturq; qvaqvaverſum. Exinde expanduntur omnia membra, nervi, caro, & pellis ſuperinducitur.* Idem l.c. confirmatur ex *Medraſch R. Simeon Ben Jocb. & R. Elieſ.* Prolixiùs hæc præter ea, qvæ habet *præf. in Eſ. §.2.* adducta, recitat *R. Abarbanel in Nach. Af. l.c.* ubi tali utitur dicendi genere:

Ita in Afod. Hacc.

ואחשוב אני שלזה המזג כונו חז"ל באומרם טל שעתיד הקב"ה להחיות בו את המתים שנאמר כי טל אורות טליך וארץ רפאי' תפיל שהיה דעתם שיוריד הקב"ה טל על הארץ יתערב בעפר ובהתרכבותם והמזגם יתהוו הגופות לתחייה כאלו יהיה כח הטל ההוא ככח טפת זרע הזכר לתת הצורה והעפר ישים בו הקב"ה הכנה וטבע חדש שיהיה כזרע הנקבה להיות חומר לאותו גוף ויהיה אם כן התהוות האנשי' בזמן התחייה באותו אופן שנתהווה ונברא אדם הראשון בתחלת הבריאה:

Ita in Nach. Afoth R. Abarbanelis.

:ז הבריאה ſ. *Arbitror ego, hanc mixturam intendiſſe Rabbinos noſtros p.m. dum mentionem faciunt roris, qvo Deus benedictus vivificaturus ſit mortuos, juxta illud: Qvia ros olerum ros tuus, poſteaqvam in terram expertes vitæ dejeciſti* (Eſa.26. 19.) *ut fuerit illorum ſententia, Deum benedictum rorem demiſſurum in terram, è qvo cum pulvere terræ commixto & contemperato fiant corpora reſuſcitanda, ut vis hujus roris ſeſe ſit habitura, ſicut vis guttæ ſeminis virilis ad introducendam formam; Deus autem pulverẽ ita ſit diſpoſiturus, & præparaturus de novo, ut materiem ſuppeditet inſtar ſeminis muliebris iſti corpori* (reſuſcitando,) *atq; ita eodem modo formatum iri homines in reſurrectione, qvo formabatur homo primus, initio creationis.* Conveniunt cum his illa in *Aſc. Roch. l.c.* אמרו רז״ל שעתיד הקב״ה להוריד טל מאור של מעלה ויכנס למטה בתוך העפר ויגיע לאותו העצם ומתרטב כעסה וזה העצם בתוך העפר היא כשאור שבעסה שמתפשט לכאן ולכאן &c. ſ. *Dicunt Rabbini noſtri p.m. Deum benedictum demiſſurum rorem ex luce ſuperna, qvi ſit immeaturus in pulverem, & perventurus ad illud os, & humectaturus inſtar maſſæ, ut illud os in pulvere ſit inſtar fermenti in maſſa, qvod hinc inde diffunditur.*

Ita in Aſc. Roch.

Ἀπόκρισις.

§. 5. Satis de ſententia Judæorum qvod ad hanc rem dictum eſt: progrediamur pro noſtro inſtituto ad brevem *Ἀπόκρισιν*. Idem corpus reſurrecturum benè dicitur, ſi id intelligatur de eodem numero corpore. Rationes autem, qvibus nituntur Rabbini, ejuscemodi ſunt, ut facilè evertantur. *R. Saadiæ* qvid opus reſpondere, cum ipſum Abarbanelem, ut vidimus, ſibi habeat contrarium? *R.* autẽ *Abarbaneli, Kimchio, Aaroni*, & aliis, qvi idem corpus reſurrecturum putant, dum aliud illi planè ſimile reſurgat, opponimus *R. Menaſſe Ben Iſraël l. 2. de reſurrect. c.15.* cujus verba ita tranſtulit *Cl. Pocockius, in not. ad port. Moſaic. p.120. Sed qvantum mihi videtur, error hic à priore non abludit. Nam licet corpus eadem forma ac figura præditum reſtituatur, non deſinit tamen aliud numero eſſe corpus; qvemadmodum ſtatuæ eadem prorſus formâ ac figurâ ab artifice elaboratæ, non poſſunt dici una eademq; numero ſtatua. Adde*

R. ex Menaſſe de reſurr.

cùm finis reſurrectionis ſit, ut idem corpus animæ junctum præmio aut pœna factorum afficiatur, qvis non videt, hoc fieri non poſſe, ſi novum atq; aliud numero corpus ſit? Hæc ille. Qvod majus eſt, *Abarbanel* ſibi ipſi reſpondet in *Nach. Aſ. rad.* 14. *fol.* 147. *p.* 1. qvando ait:

Ex Abarbanele N. Aſoth.

כי הנה האדם המצוייר בכותל עם היותו בצלם ודמות ראובן לא יאמר שהוא עצמו כי אם שהוא דומה אליו בתכונתו ובקריו: ſ. *Ecce enim homo pictus in pariete licet referat imaginem & figuram Rubenis, non tamen dicitur, qvòd ſit ille ipſe, ſed qvod ipſi ſimilis, qvod ad ſtatumm & accidentia ejus.* In ſpecie *R. Aaroni* reſpondet *R. Joſeph Albo. Iccar. fol.* 146. *p.* 2. והתחייה ההיא שאמרו למתים אינה מובנת כלל כי איך אפשר שיזדמן בתנועת הגלגל לכל הצדיקי׳ שהיו בזמני׳ מתחלפי׳ מצב שיהיה מזל כל אחד מהם כמזל הראשון בשעה אחת לכלם כאחד ואף אם יהיה כדבריהם תהיה יצירה חדשה ולא תחיית המתים: ſ *Reſurrectio eo modo deſcripta planè capi neqvit. Qvi enim fiet, ut per cœlorum motum omnibus piis, qvi temporibus diverſis vixerunt, obveniat ejusmodi ſtatus, ut ſit una omnibus conſtellatio priori ſimilis, eadem horâ ſimul omnibus communis? Poſito autem eſſe ita, ut ferunt, foret nova creatio, non reſurrectio mortuorum.* Atqve ſic cum illis Judæis facimus, qvi idem numero corpus reſurrecturum defendunt, in qvibus non modò jam citatus *Joſeph Albo* eſt, ſed & *R. Meir Ben Gabbai & R. Chaja*, ſuprà ex *Afod. Haccod.* adducti, ut & *R. Mac. in Afcath Rochel* itidem citatus, & fortè adhuc complures alii.

Ex Joſeph. Albo Iccar.

§. 6. Oſſiculum etiam dari hujusmodi aliqvòd, qvod non putreſcat, unde probabitur? Neqve enim naturæ interpretes hîc cum Judæis conſentient, neqve Rabbinorum experimentis fides tutò habebitur. Qvid qvod ipſimet ubi qværere debeant ignorent, dum alii in cranio, alii in ſpina dorſi latitare dictitant: Alii an exiſtat planè dubitant. Unde *R. Salomo de domo Levi in Chel. Hariſchon. Miſſeph. diſr. Schlomo fol.* צח. *col.* 2. dicit de חומר ההיולי

Oſſiculum dari hoc probari non poteſt.

R. Salomo intelligit materiã primam.

Digitized by Google

אשר לדעת קצת הוא נרמז מן ההיולי *ſ. materia prima.* רבותינו בעצם שאמרו ששמו לוז *qvod juxta nonnullorum mentem indicetur à Rabbinis per os, qvod vocari dicant Lus.* Ipſe *R. Menaſſe* fatetur neſciri hoc oſſiculum *l. 2. de Reſ. c. 15.* ubi cum recenſuiſſet Rabbinorum de hoc oſſiculo ſententiam ſubjicit: *Hæc opinio, ſi qvid antiqvis credimus, non improbabilis eſt. Iſtud enim oſſiculum tale eſt, ut neqveat interire, qvamvis hodiè nullus ſit, qvi illud noverit.* Imò poſito dari, qvidni putreſcat? cùm totũ corpus humanum in pulverẽ dicatur convertendũ, nullâ exceptâ ejus particulâ vel minimâ? Qvod magis mirum eſt, in hominibus antediluvianis corruptum fuiſſe, hoc oſſiculum legitur apertè in *Bereſchith. Rabba ſect.* 28. Verba hæc ſunt: אפילו לוז של שדרה שממנו מציץ הקב"ה את האדם לעתיד לבוא נמחה: ſ. *Etiam Lus vertebrarum, unde Deus aliqvando refloreſcere faciet hominem deletum eſt* (in diluvio.) Qvin & in tot impiorum millibus adhuc hodiè corrumpitur, qvi juxta Judæos non reſurgunt. Si ergò tum temporis corruptum eſt, & corrumpitur adhuc in impiis hodienum, concedi debet in reliqvis etiam hominibus corrumpi poſſe, aut humanam naturam hac in parte immutatam poſt diluvium, vel non omnes homines poſſidere eandem, qvod difficile erit affirmatu. Ad locum à Menaſſe allegatum ex Pſ. 34. 21. ℞. *Ab. Eſr. in h. l.* והטעם שאפילו על אבריו שום נזק גרול לא יהיה והזכי העצמו' בעבור שהם כוסרות הגוף *Senſus eſt, qvod etiam membra non ſint damnum aliqvod magnum paſſura. Meminit autem oſſium, qvia illa ſunt fundamenta corporis.*

R. Menaſſe fatetur neſciri.

Periit hoc oſſiculum in hominibus antediluvianis.

℞. ad Pſ. 34. 21.

℞. ad rorem.

§. 7. Ad rorem qvod attinet, qvo illud oſſiculum ſit humectandum, de eo ſimiliter nil nobis conſtat. Cùm etiam Rabbini ipſimet ſtatuant, illud tàm durum, ut nulla aqva emolliri poſſit, ſicut legitur in *Bereſchith Rabba l. c. R. Joſuam filium Chanina* illud Adriano Cæſari attuliſſe, qvi aqvæ immerſerit, neqve tamen emollire potuerit (qvemadmodum etiam duritiem hanc tantam eſſe ajunt, ut nec in mola contundi, nec igne conſumi, nec in incude

cude malleo cæſum comminui poſſit, referente Menaſſe l. c.) profectò nec de rore illo ſibi promittent, ut illud in maſſam aliqvam ſit converſurus. Supernaturalis enim fore virtutis, & aliis roribus præſtantiorem unde probabitur? Ex *Eſ.26.19.* nil præſidii pro hoc rore. Rejicit hanc explicationem ipſe *R.Dav.Kimchi in h.l.* dum ait: ℞. *ad Eſ.26.*
אמר על דרך משל טל הראוי לירקות היא טלך כמו שהטל מחייה הירקות ומצמיחם כן טלך אמ׳ כנגד השם שיחיה המתים׃ ſ. *Eſt metaphorica locutio: ros, qvi debetur virentibus herbis, eſt ros tuus, i. e. qvemadmodum ros vivificat virentes herbas, & vireſcere illas facit, ita ros tuus. Alloqvitur Deum, qvi ſit vivificaturus mortuos.* In *Chibb.Lec.* autem habentur hæc in loc. cit. פי׳ כי נאה לך לעשות כן (וויזונגא) שיהא להם טל תורתיך ומצותיך טל של אור׃ ſ. (Weiſung) *i. e. qvoniam decet Te, ut ita facias, ut ſit illis ros legis & præceptorum tuorum* (ſicut) *ros oleris.* Qvi autor ad Tremellii paraphraſin accedit, itidem de verbo Dei explicantis.

CAPUT IV.

De Subjecto ſeu Materia reſurrectionis,

ſ.

בחומר התחייה׃

§. 1.

DE ſubjecto hoc ſ. hominibus reſuſcitandis cum benè multa produci in medium poſſint: operæ pretium erit, ad certas illa claſſes redigere. Itaqve primò de numero eorum dicemus, deinde de ſtatu in reſurrectione, tùm de ſtatu poſt reſurrectionem, ultimò, an iis, qvi adhuc ſunt victuri, etiam reſurrectio competat, adjiciemus.

§. 2. Et qvidem, ut primò de numero loqvamur, communiter *Talmudici* (*inprimis in Maſſech. Taanith & Sanhedrin*) ſtatuunt, כי תחיית המתים לצדיקים ולא לרשעים *qvod vivificatio* *Numerus reſurgentium.*

 catio

Soli juſti reſurgent, ita Kimchi ait ſentire Rabbinos.

catio mortuorum ad juſtos, non ad impios pertineat, referente *Kimchio*, *in Eſ.* 26. 19. & *Pſal.* 104. 30. ubi ait: ואם תהיה תחיית המתים לכל אדם זה מחלקת בין חכמינו ורוב סוגיית התלמוד הוא כי תחיית המתים לצדיקים ולא לרשעים׃ *An futura ſit reſurrectio mortuorum omnium hominum, controvertitur inter ſapientes noſtros: at ſtylus ſ. curſus Talmudicus huc inclinat, qvod reſurrectio mortuorum futura ſit tantùm juſtorum, non verò improborum.* Qvid autem ipſe *Kimchius* hac de re ſentiat, de eo controvertitur; Adducunt qvidam ex eo locum *in Pſ.* 1. 5. ubi ait:

De Kimchii ipſius ſententia diſceptatur.

הרשעים לא תהיה להם תקומה אלא תאבד נפשם עם גופם ביום המיתה׃ *Impiis non erit reſurrectio; ſed peribit anima ipſorum cum corpore ipſorum in die mortis*; ſed eo in loco, impiorum illum negare reſurrectionem non vult admittere *Sixtinus ab Amama in Antibarbaro Biblico p.* 969. *ſeqq. Coccejus* etiam *in Sanhedr. & Maccoth p.* 319. exinde qvod *Kimchi* τὴν ἀνάστασιν ad probos reſtringat, colligi poſſe non vult, cum impiis denegare τὴν διαμονὴν animarum, maximè cum *in Eſ.* 38. *v.* 18. ſcribat: אמר טוב הוא שתחיה בני אדם בזעקם לפניך בשובם מחטאם כי יודוך בחייהם ולא יודוך במיתתם ועל גוף אמר שהוא מת לא על הנשמה שתחיה אחר מיתת הגוף׃ *q. d. bonum factum ut vivifices homines, qvando ſupplices Tibi fiunt, converſi à peccato ſuo: Nam in vita ſua celebrant te, non verò in morte. Hoc verò dicit de corpore, qvod moritur non de anima, qva vivit poſt mortem corporis.* Sed an de illa διαμονῇ hîc qvæſtio ſit, alii viderint: Nos hac de re nunc nõ diſputabimus. Negare tamen Kimchium reſurrectionem impiorum multi Eruditi aſſerũt inprimis *Hornbeck. de convinc. & convert. Jud. l.* 8. *c.* 7. *p.* 575. 576. Conferri etiam hanc in rem poteſt locus Kimchii in Eſ. fol. 469. p. 1. l. 13. ſeqq. partis ult. ubi ait: ואמר הנביא אז יחיו מתיך והכנוי הוא כנגד האל רוצה לומר הצדיקים שהם לאל כמו שאמרו רבותינו זכרם לברכה כי

תחיית

תחיית המתים לצדיקים ולא לרשעים וכן נראה בזה:
הפסוק שאמר מתיך וכן בנבואת דניאל שאמ׳ ורבים
ואמר נבלתי יקומון וחסר עם או כף כנבלתי או עם
נבלתי אומר כשתקום נבלתי מן העפר יקומו גם
כן שאר הצדיקי׳ והוא היה בוטח באמת שיקום
שהיה יודע בעצמו שהוא צדיק: ſ. *Et dicit Propheta* (Eſ.
26.19.) *tunc vivent mortui tui , ubi pronomen ſuffixum refertur ad Deum, vult dicere, juſti, qvi ſunt Dei* (mortui), *qvemadmodum dicunt Rabbini noſtri p. m. qvod reſurrectio mortuorum ad juſtos non ad impios pertineat. Et ita apparet in hoc verſiculo, ubi dicit : mortui tui, & in prophetia Danielis* (c. 12. 2.) *ubi dicit, & multi* (evigilabunt); *Et dicit* נבלתי יקומון *ubi deeſt vel* עם *vel* כ, *ut ſit ſenſus ſicut cadaver meum, vel cum cadavere meo* (reſurgent.) *Vult dicere: qvando ſurget cadaver meum ex pulvere, ſurgent etiam reliqvi juſti; Confidebat enim revera ſe reſurrecturum, & ſciebat apud ſe, qvod juſtus eſſet.* Et mox ad eund. loc. Eſ. ad voces וארץ
רפאים תפיל ſcribit: או יהיה תיו תפיל כנגד האל׳
אמר תחיה מתיך אבל הרשעים והם הרפאים תפיל
אותם לארץ עד שלא תחיה אותם: *Aut erit Tau in voce* תפיל *referendum ad Deũ. Dicit* (Propheta) *vivificabis* (tu Deus) *mortuos tuos, ſed improbos, qvi ſunt illi* רפאים (gigantes) *dejicies in terrã, ut non vivifices eos.* Nec prætereundus hic locus in Eſ. 30. v. ult. ubi infit. *R. David.* ובמות גופם תמות גם כן נפשם ותהיה בגהנם.
Cum morietur corpus eorum (impiorũ), *morietur etiam anima eorum & erit in inferno.* Et mox ad eund. verſ. מרור התפתה יהיה
גרולה לשרוף נפשות הרשעים האלה *Pyra Tophtæ erit magna, ut comburat animas impiorum iſtorum.* Nec omittendus locus in *Eſ.* 38. 18. ubi ſcribit: ולא כל הגופות יחיו ויעמדו
מן הקבר *Et non omnia corpora vivent & ſubſiſtent à ſepulchro.*
Deniqve videntur ſatis clarè rem illuſtrare verba ejus in *Eſ.* 65. ult.
qvæ hæc ſunt: ואתם עוזבי השם אמר כנגד אנשי הדור

ההיו

שהיו עובדים עבודה זרה והם יכלו ברשעת הם ונשמתם ולא יראו בטובת ישראל לעתיד לבא כמו שאמר ורבים מישני ארמת עפר יקיצו רבים ולא כלם אלא הצדיקים: *Vos autem derelinqventes Deum. Alloqvitur homines illos, qvi colebant idola; illi enim peribunt in malitia ſua, unà cum animabus ſuis, neq; videbunt bonum Iſraëlis futurum, qvemadmodum dicitur* (Dan. 12. 2.) *multi ex dormientibus in pulvere terræ evigilabunt, multi, non omnes, ſed juſti.* Unde etiam *Kimchi* contrariam ſententiam recitativè tantùm adducit in *Eſ. 66. v. ult.* Qvæ loca fortasſis favebunt iis, qvi Kimchium negaſſe reſurrectionem impiorum defendunt. Inprimis cum hîc non modo הקומה ſed & תחייה illis deneget. Sed redeamus in viam. Approbat

Solos juſtos reſurrecturos etiam docet Saadia in Seph. Æmun.

E. porrò reſurrectionem juſtorum ſuo calculo *R. Saadia in Seph. Æmun. f. 36. col. 2.* ita diſſerens: השאלה הראשונה אם ישאל שואל מי ומי יחיו מן האומה בעת הישוע אשיב ואומר כל צדיק ובעל תשובה: ſ. *Prima qvæſtio: ſi qvis qvæſiverit, qvinam ſint è populo revicturi tempore ſalutis? Reſpondeo & dico: omnis juſtus, & qvi agit pœnitentiam.* Idem defendit

Ita & R. Joſeph. Albo in Iccar.

Rab. Joſeph Albo. Iccar. fol. 28. p. 2. qvando ait: וזאת התחייה יש מרבותינו שאומרים שאינה אלא לצדיקים גמורים בלבד ואחר שאינה מדרגת שכר מיודעת לכל האנשים כי אי אפשר לכל האנשים להיות צדיקים גמורים יהיה הכופר בה ככופר באחד מן הנסים הגדולים הנעשים לצדיקים: ſ. *De reſurrectione ſunt inter Rabbinos noſtros, qvi dicunt, qvod ad ſolos perfectè juſtos pertineat. Qvæ cùm ſit gradus mercedis non promiſſus hominibus univerſim, cùm impoſſibile ſit, ut omnes ſint perfectè juſti: erit, qvi illam (* reſuſcitationem *) negaverit, qvaſi neget unum ex magnis miraculis in juſtis exhibendis.*

Alios conſentientes recitat R. Abarb. in Nach. Afoth.

Alios conſentientes recitat *R. Abarbanel in Nach. Af. f. 148. p. 1.* his verbis: והוא כי כבר חשבו מחכמינו שלא יקומו בתחייה כי אם הצדיקים מבני ישראל — —

וכן

וכן הוא דעת הרמב״ם באגרת התחיה והגאון בספר האמונות והרמב״ן בשער הגמול והר׳ חסדאי ותלמידיו זה דרכם והביאם לזה מה שאמרו חז״ל בב״ר גבורת גשמים לצדיקים ולרשעים אבל תחיית המתים לצדיקים בלבד: ſ. *Hoc eſt qvod cenſuerunt qvidam ex Sapientibus noſtris, non eſſe reſurrecturos, niſi juſtos ex Iſraëlitis. — — Hæc eſt ſententia Rambam in epiſt. de reſurrect. & Gaon in libro Æmunoth, & Ramban in Schaar Haggamul, & R. Chasdai cum ſuis diſcipulis. Huic inſiſtunt qvò illos perduxit illud Rabbinorum in Ber. Rabba: vim pluviæ pertinere ad juſtos & impios, ſed reſurrectionem mortuorum ad juſtos.* Probant autem hoc ſuum dogma Rabbini & dictis ſcripturæ, & ratiocinationibus nonnullis. Dicta afferunt ſeqventia, videlicet *Deut.32.39. Ego interficiam & vivificabo,* ubi habeatur לשון עתיד futurum, & addatur (in præcedentibus) *qvoniam judicabit Deus populum ſuum,* i. e. juſtos. Eſ. 26. 19. *reviviſcent mortui tui* (qvales ſint juſti) *cadavera mea reſurgent* (qvod explicetur per Pſal. 79. 2. & ſic de juſtis.) In qvem locum ita commentatur *R. Salomo Jarchi* למעלה התפלל שלא יחיו הרשעים וכאן התפלל שיחיו הצדיקים בבקשה ממך יחיו אותן שמומתין עליך יצא דבר מלכו מלפניך לומר נבלתי יקומון נבלות עמי שנבלו עצמן עלי להם תהי תקומה זו חילוף למה שכתוב למעלה רפאים בל יקומו אבל אלו יקומון: *Supra petit* (Propheta ſc. v. 14.) *ne vivant impii, hic autem petit, ut vivant juſti;* (inqviens) *dum peto à Te, ut vivant illi, qvi propter Te morti traditi ſunt, exivit verbum regium à facie tua dicendo: cadavera mea ſurgent, i. e. cadaveribus populi mei, qvi ſpontè ſe obtulerunt, ut caderent propter me, obtinget reſurrectio. Hoc eſt permutatio* (contrarium) *ejus, qvod ſupra ſcriptum eſt: manes non reſurgent, ſed hi reſurgent. Et R. Abr. Aben Eſra in h. l. ſcribit;* רק מתוך הכ״ף לנכח השם הם יחיו ולפי דעת הכל שזה רמז לתחיית המתים ויש אומרים שהוא הפך מתים

Loca Scripturæ pro reſurrectione juſtorum ſolorum.

Deut. 32. 39.

Eſ. 26. 19.

מתים בל יחיו כי הנה ארוננו מתו ואנחנו שהיינו (מתיך) השובים כמתים היינו חיים: *Tantùm mortui tui* (ut Caph (pronomen) *reſpiciat Deum, illi,* inqvam, *vivent. Conſentiunt autem omnes, hîc indicari reſurrectionem mortuorum, licet ſint, qvi dicant innui contrarium, dum dicatur* (v.14.) *mortui non vivent. Nam* (ſenſus eſt) *Domini noſtri mortui ſunt, & nos, qvi habemur pro mortuis, vivimus.* (R.D.Kimchii explicationem vide paulò antè.)

Ezech. 37. 12. Affertur porrò locus *Ezech.* 37. 12. *Educam vos ex ſepulchris veſtris, populum meũ,* i.e. juſtos. Ut & *Dan.* 12. 2. *Multi ex dormientibus in pulvere terræ expergiſcentur;* ubi vox רבים ſumatur pro paucis ſcil. juſtis, qvemadmodum ſumatur Pſ. 3. 3. Prov. 19. 6. Qvem locum Danielis *Rabbi Saadia* in Dan. ita explicat: ורבים מישני אדמת עפר יקיצו זו תחיית מתי ישראל שגורלם לחיי עולם ואלה שלא יקיצו הם עוזבי יי אשר ירדו לדיוטא התחתונה של גיהנם והיו דראון לכל בשר *Et multi de his, qvi dormiunt in pulvere terræ, evigilabunt: Hæc eſt vivificatio mortuorum Iſraëlitarum, qvorum ſors eſt ad vitam ſeculi futuri: ii verò, qvi non evigilabunt, ſunt, qvi dominum dereliqverunt, & idcircò deſcendent in conclave infimum gehennæ, eruntq; in opprobrium omni carni.* Hæc urgent inprimis *R. Moſ. de Tran. in Beth. El. f.* 110. *col.* 2. & 3. *R. Saadia in Seph. Am. fol.* 35. *c.* 1. 2. *R. Abarb. in Seph. Roſch Am. fol.* 2. *p.* 2. & *in comment. in Prophet.* & *R. Macir in Afc. Roch. part.* 4. *l.* 19. *ſeqq. R. D. Kimchi paſſim.* In ſpecie

Dan. 12. 2.

Rationes pro reſurrectione ſolorum juſtorum. loca *Eſ.* 26. & *Dan.* 12. urgentur in ipſo Talmude *Sanhedr. c.* 11. & prior etiam *à R. Bechai, vid. infra.* His ſcripturæ teſtimoniis ſubnectunt nonnullas rationes theſin eandem comprobantes. Prima

Ratio 1. ratio adducitur ex *Ber. Rabba*, paulò antè ab *Abarb.* citata.

Ratio 2. Aliam nectit *R. Joſeph Albo l.c. fol.* 151. *p.* 2. hunc in modum: ועל זה הדרך הוא הענין בתחיית המתים שגוף הצדיק מצד הרושם שנשאר בו מהרוח האלהי שהיה משכן לו יהיה מכון בלי ספק עד שיקבל הרוח האלהי ההוא שנית יותר ממה שהיה בראשונה כאומרם ז"ל מאי

מאי דלא הוה הוי מאי דהוה לא כל שכן׃ ſ. *Hoc modo res ſe habet in reſurrectione mortuorum, quod corpus juſti ob impreſſionem in ipſo relictam à ſpiritu divino, cujus habitaculum fuit, aptius ſine dubio erit ad ſpiritum illum divinum ſecundò recipiendum, qvàm primò fuerat, juxtà illud Rabb. p. m. cùm qvi nondum exiſtebat, exſtiterit, qvidni multò magis qvi exſtitit, exiſtet?*
Aliam affert *Rab. Moſ. de Tran. l. c. fol.* 104. *col.* 1. qvæ ita ſonat: *Ratio* 3.

ואפה זכו הישרים שבבני אדם להיותם צדיקי וחסידים בעבודת האל יתברך וזכותם היה מחייב בריאתם כש כשמתו כבר שקדם להם הכנה וזכות בהיותם חיים שיהיה בחיוב כביכול לאל יתברך לחזור להחיותם׃

ſ. *Multò magis promeruerunt recti inter homines, dum eſſent juſti & ſancti in cultu Dei benedicti, qvorum meritum cùm impetraret creationem illorum, qvantò magis ex qvo mortui fuerint, cùm jam adfuerit illis diſpoſitio & meritum dum viverent, debebit, ut ita loqvar, Deus benedictus illos reviviſicare.* Aliam habet *Zabara l.* 1. *c.* 1. *Ratio* 4.
ſc. *mundum creatum ob Iſraelem.* Ubi ait ex *Bereſch. Rabb. Manifeſtò notum fuit illi, qvi dixit, & fuit mundus, peccaturum Adamum, qvare ergò ipſum creavit? ideò qvoniam egreſſura erat ex ipſo gens* ſc. Iſraelitica. Et mox allegat dictum: *In principio creavit Deus,* qvod explicat: ob principium ſc. Iſraelem creavit Deus cœlum & terram. E. illi ſoli etiam competere reſurrectionem ceu juſto populo. *Deniq; R. Samuel Sirſa in Mekor Chajim fol.* 128. *col.* 1. hanc in *Ratio* 5.
rem ita ſcribit: כי היודע סוד מעלת האדם וצורתו והיותו נברא בצלם אלהים וענין הפיחת הנשמה ידע כי תחיית המתים חיוב גמור לצדיקי כפי חיוב הצורה הקדושה׃

Qvod qvi novit arcanam hominis excellentiam & imaginem ejus, qvod ſit conditus ad imaginem Dei, & inſpirationem animæ, novit reſurrectionem mortuorum abſolutè eventurum juſtis, prout illud exigit divina imago. Cùm etiam pœnitentes reſuſcitandi credantur, pro illis ita infit *R. Saadia l. c. f.* 36. *col.* 2. כי מי שומות מבלי תשובה *Pœnitentes ſolos reſurrecturos probat Saadia.*

תשובה. הוא מהענושים דכן ראוי בשכל כי כבר הבטיח הבורא את השב שיס׳להו בכתובים רבים וכבר התחייבו כל אלה המועדים לכל שב מדברי רבותינו: ſ. *Qvi moritur ſine pœnitentia, punitur. Ita conveniens videtur rationi, qvoniam Creator promiſit pœnitenti, qvod velit ſuſcipere illum pluribus in locis ſcripturæ, & inſuper harum promiſſionum neceſſitas unicuiq; pœnitenti demonſtratur ex Rabbinis noſtris.* Pro pœnitentibus itidem ratiocinatur *R. de Trana l.c. f.* 117. *col.* 1. ad locum *Num.* 15. 31. *Omninò exſcindetur anima illa, iniqvitas ejus ſit ſuper illam &c.* ita ſcribens: הנה של סבת כי הנפש עונה בה שלא חזר בתשוב בהיותו בחיים אינה זוכה לתחיית המתים בימי הישוע ואם חזר בתשובה אפילו היה מעון כרת החמור תזכה לתחייה: ſ. *Ecce rationem, qvod anima, qvia ſuper illam eſt iniqvitas ejus, nec egit pœnitentiam dum viveret, non mereatur reſurrectionem mortuorum tempore ſalutis. Qvod ſi autem pœnitentiam egerit, etiamſi fuerit ob iniqvitatem exitii abſolutè ſummi, mereatur reſurrectionem.*

Ratio R. de Tran. pro reſurrectione pœnitentium.

Qvemadmodum itaqve juſti & pœnitentes leguntur reſurgere, ita è contrario impii leguntur non reſurgere. Hujusmodi locus ſuppeditatur in *Aſc. Rocb. p.* 4. *lin.* 2. & 3. qvi ita habet: ואלו הם שאין להם חלק לעולם הבא המינים והאפיקורוסין והאומר אין תחיית המתים מן התורה וכו׳ כולם יורדים לבאר שחת ונדונין שם לדורי דורות ויהיו עפר ואפר תחת כפות רגלי הצדיקים: ſ. *Hi ſunt, qvibus non eſt pars in ſeculo futuro: hæretici, Epicuræi, & qvi dicunt, reſurrectionem ex ſcripturis probari non poſſe &c. omnes deſcendent in foveam perditionis, ubi judicabuntur in omnem generationem, & erunt pulvis atq; cinis ſub plantis pedum juſtorum.*

Impii dicuntur non reſurgere in Aſc. Rocb.

Hujusmodi eſt illud *Ab. Eſræ in Pſ.* 1. 5. הזכיר כי תאבדנה נפשות הרשעים וזכר זרעם בעולם הזה *Meminit* (Pſaltes) *animas impiorum perituras eſſe & memoriam ſeminis eorum in hoc mundo.*

In Aben Eſra.

Et illud in *Megilla fol.* 116. *col.* 2. שלשה מלכים וארבעה·

In Megilla.

וארבעה הדיוטות אין להם חלק לעולם הבא *Tres ſunt reges & qvatuor idiotæ, qvibus nulla pars eſt in ſeculo venturo.* Tres reges ſunt: Jerobeam, Achab, & Menaſſe: qvatuor idiotæ ſunt, Bileam, Doëg, Achitophel, & Gechaſi, ut alibi explicatur. Et apud *Joſephum Gorionidem l.3. c.5* fratrum Maccabæorum qvartus inqvit ad regem: *nos qvidem moriemur pro domino Deo noſtro, qvi rurſus vivificabit nos, tibi autem nunqvam continget reſurrectio,* qvæ verba citantur à *Cl. Dn. Hoornbeck. de convincend. & convertend. Judæis l.8 c.4. p.551.* Huc qvoqve pertinent illa *in Sanhedr. cap.*10. ואלו שאין להם חלק לע״ה האומר אין תחיית המתים מן התורה ואין תורה מן השמים ואפיקורוס רבי עקיבא אומר אף הקורא בספרים החיצונים והלוחש על המכה ואומר כל המחלה אשר שמתי במצרים לא אשים עליך כי אני ה׳ רופאיך אבא שאול אומר אף ההוגה את ה׳ באותיותיו ; *Hi ſunt, qvi non habent partem in ſeculo venturo: qvi negat reſurrectionem mortuorum ex lege* (probari), *legem eſſe è cœlo, & Epicurus. Ribbi Akifa ait: Etiam qvi legit in libris extraneis, & muſſitat ſuper vulnus* (ſ. incantat) *dicens: omnem morbum, qvem poſui in Ægypto, non ponam ſuper te, qvoniam ego ſum Dominus ſanans Te.*(Ex.15.26.) *Abba Schaul ait: Etiam qvi recitat nomen Tetragrammaton ſuis literis.* Vid. *Miſchnajoth punctat. fol.*138. *col.*2. *R. D. Kimchii* ſententia ſupra fuit diſcuſſa in initio hujus capitis. Ad horum accedere ſententiam videtur *R. Iſaac Ben Arama in Akedath Jitzchack fol* 264. *col.* 2. *portâ* 100. ſcribens: כי אור צריקים כאור נוגה נאמן לשלם שכר פעולתם ולהביאם אל מחוז חפצם ודרך רשעים ·כאפלה להביא אותם אל תכלית האבדון ואין אומר השב והוא מה שאמר הכתוב כי יורע יי״ דרך צדיקים ודרך רשעים תאבד *Nam lux juſtorum eſt inſtar lucis ſplendentis, fidelis, ad reddendam mercedem operum illorum,*

In Gorionide.

In Sanhedrin.

In Akedath Jitzchack.

illorum, & ad deducendum illos ad terminum deſiderii eorum; Via autem impiorum eſt inſtar caliginis ad afferendum eos in finem perditionis, ut nemo dicturus ſit, reſtitue. Hoc eſt, qvod dicit Scriptura: Nam novit Dominus viam juſtorum, via autem impiorum peribit. (Pſal. 1. verſ. ult. Qvi locus lucem accipit à *R. D. Kimchi in comment. in Pſal.* 88. *verſ.* 11. *Bibliis Bombergianis inſerto*, dicente: ואבדון הוא הקבר שהגוף אבד וכלה בו *Perditionis locus eſt ſepulchrum, ubi corpus perditur & conſumitur.*) Ratio autem hujus aſſerti de non reſuſcitandis impiis adducitur hæc in

Rationem dat Moſ. de Tran. in Beth El.

Beth El. fol. 103. *col.* 4. ואיך יחיו הרשעים והם מתים אפילו בחייהם *qvomodo vivent impii, cùm jam eſſent mortui, cùm viverent?* Cum qvo conjungendus eſt *R. Abraham Ben R. Jehuda Chaſſan in Chibbure Leceth. in Eſ.* 16. 14. *ad vocem* מתים ita loqvens:

Et Ben R. Jehuda Chaſſan.

יהי רצון מלפניך שהרשעים שאפילו בחייהם קרוין מתים בל יחיו לעל' הב' והרפאים שרפו ידיהן מן המצות והתור בל יקומו לא תהיה להם תקומה *Sit beneplacitum coram Te (Deus) ut impii, qvi etiam dum vivunt, mortui vocantur, non vivant in ſeculum futurum, & Rephaim, qvorum manus remiſſæ fuerunt à præceptis & lege, non reſurgant, ut non ſit illis reſurrectio.* Qvod repetitur in *Minhagim germanicè cum figuris Ambſtelodami impreſſis fol.* 67. 1. h. m.

Et Mingahim Germanic.

Darumb heiſt man ach das בית הקברות, בית חיים, man ſolt es billig בית המתים heiſſen / aber die צדיקים die darauf ſind / wann ſie ſchon tod ſeyn / dennoch leben ſie / und die רשעים wann ſie ſchon leben / da ſeyn ſie tod. Dictum illud Rabbinicum: qvomodo impii vivi vocentur mortui explicatur à *R. Ephraim in Seph. Ir Gibborim fol.* 14. *col.* 4. his verbis:

Ratio illa explicatur in Ir Gibborim.

וכ"ש שיכול הנפש להתקיו בטבע במזון הגופני שהרי הרשעים חיים במזון הגופני לבד ולפיכך אין חייהם קרוין חיים פא"ל והמתי' אינן יודעין מאומה אלו רשעים שאף בחייהם קרוין מתים והצדיקים אפילו במיתתן

במיתתן קרויין חיים רצו בזה שהצדיקים אף בזמן
שממיתין כח תאותם עד אין ד״ת מתקיימין אלא
בממית עצמו הוא שממית כח תאותו מכל מקום
קרוין חיים לפי שיכול הגוף להתקיים במזון הנפשי
כמשה ואליהו והרשעי׳ אף בחייהם פי׳ שממלאין רסן
בטנם ותאותם במזון הגופני מכל מקום קרוין מתים:

Multò magis poterit anima confirmari naturaliter alimento corporeo. Nam ecce impii vivunt alimento corporeo tantum, idcircò vita eorum non vocatur vita juxta illud Rabbinorum: Mortui non ſciunt qvicqvam; Iſti ſunt impii, qvi etiam in vita ſua vocantur mortui. Juſti autem etiam in morte ſua vocantur vivi. Qvo ipſo innuunt, qvod juſti tempore, qvo etiam enecant vim cupiditatis ſuæ, (juxta illud: non verba legis confirmantur niſi ab eo, qvi enecat ſeipſum, i. e. qvi enecat vim cupiditatis ſuæ) omninò vocentur vivi, qvia poterit corpus confirmari (ſuſtentari) alimento animæ, exemplo Moſis & Eliæ, impii autem in vita ſua i. e. dum implent frænum ventris ſui, & cupiditatem ſuam alimento corporeo, omninò vocentur mortui. Rationem aliam, unde pateat impios non reſurrecturos, qværit *idem autor Ir Gibborim fol. 52. col. 3. circa fin.* in benedictione Eſavi & Jacobi, qvando ſcribit: *Ratio alia in Ir Gibborim.*

וכן רמז אות׳ יצחק
בברכתו שנ׳ ויתן לך האלהי׳ מטל השמים ובברכת
עשו אמר ומטל השמי׳ מעל ואצל יעקב לא הזכי׳
מעל לפי שהטל הנזכר אצל עשו רמז. לטל הגופני
היורד מלמעלה למטה אבל הנזכ׳ אצל יעקב הוא
הטל שאינו יורד למטה כי הוא הטל שעתיד הקב״ה
להחיות בו את המתים שנ׳ כי טל אורות טליך:

Ita etiam indicat illud Iſaac in benedictione ſua, dum dicitur: & dabit Tibi Deus de rore cœli; In benedictione enim Eſavi ait: & de rore cœli deſuper. (Gen. 27. 39.) *Apud Jacobum a. non meminit vocis* deſuper, *qvia ros apud Eſavum memoratus indicat rorem corporeum deſcendentem deſuper in inferiora; ſed memoratus apud Jacobum eſt ros non deſcendens*

dens in inferiora, ſiqvidem eſt ille ros, qvo Deus benedictus vivificaturus eſt mortuos, juxta illud: qvoniam ros olerum eſt ros tuus. (Eſ. 26. verſ. 19.) Similitudinem aliam affert *R. Salomo in Chelek Hariſchon, fol.* 88. *col.* 2. ubi ita introducit *Coſri*: והנה אמת נכון הרב בעל הכוזר המשיל ואמר שהערך שיש לאומה הישראלית עם שאר האומות עובדי כו״ם הוא שהאומה הנבחרת היא כמו האדם המת או כמו עצמות האיש המת והאומות הנ״ל הם כמו האדם המצוייר בכותל כי הנה האדם המת בזמן מה שרתה עליו רוח חיים והוא יותר קרוב. לחזור לחיותו מן האדם המצוייר בכותל שלא יש לו דבר מאדם רק צורה מצויירת לבד והנה הסכל הרואה בראותו עצמות יבשות ורואה צורה מיופה ומקושטת מצויירת בכל ציוריה ועטרת זהב בראשה וכלים מכלי שונים בידה ולעג על העצמות היבשות ויחשוב את הצורה המצויירת ובלי ספק הוא סכלות מפורסם כי יותר קרוב שיחיו העצמות היבשות משתחיה הצורה המצויירת וכ״ש הנביא ויאמר אלי בן אדם העצמות האלה כל בית ישראל המה. *Ecce revera Magnus ille autor Coſri parabolam affert, & ait, qvod comparatio populi Iſraëlitici cum reliqvis populis colentibus ſtellas & planetas in eo conſiſtat, ut populus electus ſe habeat inſtar oſſium hominis mortui, & populi dicti ſint inſtar hominis picti in pariete. Ecce enim ſuper hominem mortuum habitavit tanto tempore ſpiritus vitalis, & propius ad vivificationem accedit, qvàm homo pictus in pariete, cui nihil eſt humani, niſi imago picta tantùm. Ecce autem homo ſtultus dum intuetur oſſa arida, & videt imaginem pulchram, ornatam, omnibus ſuis lineamentis depictam, in capite aurea corona tectam, manibus varia inſtrumenta tenentem; illudit oſſibus aridis, & æſtimat formam pictam. Qvod ſine dubio manifeſtè ſtultum eſt. Nam propius ad vivificationem accedunt oſſa arida, qvàm ut imago picta victura ſit, qvemadmo-*

Similitudo R. Salomonis.

Digitized by Google

admodum propheta (Ezech. c.37. v.11.) *ait: Et dixit mihi* (Deus) *fili hominis oſſa illa ſunt tota domus Iſraël.* Ex his ſatis ſuperq; elucet ſtatuere Rabbinos nonnullos impios non eſſe reſurrecturos, ſed tamen dantur adhuc alii, qvi etiam impios reſurrecturos credunt. Ita *R. Moſes Alſcecb in Thorath Moſche f.323. col.4.* in Deut. 32.39. ſcribit: ואל תאמרו כי הלא אשר החריבו ועשו עיקר
הרעה לא לקחו חלקם כי רעו איפה אני אמית את כל
הד' מלכיות הנז' ואחזור ואחיה אותם והוא כמ"ש ז"ל שיאמ'
איש ישראל המוכה בראותו את מכהו הנה זה הכני בידו
ויראהו ית' נקמות באותו היד והיקש בכל אבר וגם זה
אחר מהטעמים שהקב"ה יחיה כל מתי יש' במומן כי באותה
מכה שיש בו יקום ויראה מה שמכת מכהו הכהו
וינקם ואחר שישמח צדיק כי חזה נקם ירפאהו ית' וכו':

Alii Rabbini impios reſurrecturos aſſerunt.

Ita Moſes Alſchech.

Ne dicatis: nonne qvi devaſtarunt, & fecerunt principale malum non acceperunt partem ſuam? Nam ſcitote nunc, ego vivificabo qvatuor regna (ſ. monarchias) *memorata* (in præcedentibus) *& revivificabo ea. Id qvod dicitur juxta illud Rabbinorum, qvod Iſraëlita percuſſus intuens in percuſſorem ſuum dicturus ſit: ecce hic percusſit me manu ſua, & Deus benedictus oſtenſurus illi ſit ultionem de illa manu, & analogicè de omnibus membris. Qvæ etiam eſt una ex rationibus, qvare Deus benedictus omnes mortuos Iſraelitas vivificaturus ſit cum vitiis* (corporum), *ut eâ ipsâ plagâ, qvam qvisq; habet, ſurrecturus ſit & viſurus, qvænam plaga obventura ſit percuſſori ſuo, qvi illum percusſit, & ultionē ſumpturus, & poſteaqvam lætabitur juſtus, qvod viderit ultionem Deus benedictus, cum ſit ſanaturus &c.* Ita in *Pircke Elieſer* ſcribitur: שכל המתים עולים לתחיית המתים חוץ מדור המבול: *omnes mortuos reſurrecturos exceptâ generatione antediluvianâ*, citante *Abarb. præf in Eſ. rad.6. ex Sanhedr. cap. cheleck* §.3. Ita & in *Aſcath Roch. in Sod. Teck. Hammet.* Ita qvoq; *R. Salomo. in Chal. Har. fol.95. col.1.* ſcribens ad verba *Danielis* (c.12.2.) iſti ad opprobrium & contemptum æternum אמנם על הטובים והישרים לא דבר כי אלה פשיטא ופשיטא שיקומו לטוב להם *Sanè de bonis & rectis non loqvitur* (Daniel), *ſiqvidem evidentisſimum eſt, illos ad bonum reſurrecturos.* Ita ipſe *Abarbanel l.c.* inqvit: השרש הששי

Ita in Pirke Elieſ.

In Aſc. Roch.

In R. Salomone.

In Abarbanele.

היא בחמר התחייה רוצה לומר מי ומי הקמים בתחייה האם יהיו כל בני אדם שנבראו מששת ימי בראשית עד אותו זמן התחיית וזה בלתי אפשר כי לא תכיל אותם הארץ: ſ. *Radix ſexta agit de materia reſurrectionis ſ. de illis, qvi reſurgent; an nimirum omnes homines, qvi conditi fuerunt inde à diebus creationis usq; ad illud tempus reſurrectionis? qvod foret impoſſibile, cùm terra illos non caperet.* Hinc ſtatuit in *Nach. Af. r. ad.* 13. aliqvos מכל עם ואומה ולשון reſurrecturos. Et *R. Menaſſe Ben Iſrael de reſurrectione p.* 179. inqvit: *R. Haſday Creſcas motus autoritate qvorundam locorum, qvæ jam citavimus, ſtatuit, reſurrectionem mortuorum ſolùm pertinere ad eos, qvi vel rectiſſimè vel peſſimè vixerunt; non autem ad illos, qvi inter utrumq; medii fuere.* Ipſe etiam *Menaſſe* l. c. docet: *non minus improbos qvàm probos reſurrecturos eſſe; uti liqvet non modò ex lumine intellectus, ſed etiam autoritate ſacrarum literarum, veterumq; ſapientum.* Qvi autem ex Rabbinis pios ſimul & impios reſurrecturos volunt, illi tamen adhuc negant, omnes homines reſurrecturos eſſe. Qvamvis enim alii de reſurrectione diſputantes, de Iſraelitis omnia velint intellecta, & excludere gentiles videantur, de qvo legi poteſt *Bechai in Cad Haccemach fol.* 8. *col.* 1. ubi dicitur: ארבע מעלות פרטיות לישראל ולא בשאר האומות וכו׳ *qvatuor ſpeciales ſunt Iſraelitis dignitates, qvas aliis gentibus Deus non eſt impertitus, ſc. Terra Canaan, Lex, Prophetia, & reſurrectio mortuorum:* & in ſectione שופטים ubi dicitur: ד׳ דברים הם שלא זכתה להם שום אומה כי אם ישראל והן הנבואה והתורה וארץ ישראל ותחיית המתים וכו׳ *qvatuor res ſunt, qvibus non fuit dignus ullus populus, niſi Iſrael; nimirum: prophetia, lex, terra Iſrael, & vivificatio mortuorum:* & in ſectione וזאת הברכה ubi legitur: וכן מצינו בישעיה עליו השלום שהתנבא על אומות העולם ואמר מתים בל יחיו רפאים בל יקומו וחזר והתנבא על ישראל ואמר יחיו מתיך נבלתי יקומון הקיצו ורננו שוכני עפר כי טל אורות טלך באר שאין תחיית המתים אלא

In Menaſſe Ben Iſrael.

Non tamen reſurgent omnes.

Soli Judæi reſurgent juxta R. Bechai.

Digitized by Google

אלא בישראל *ſic etiam reperimus in Eſaia* (c. 26. v. 14.) *ſuper qvem ſit pax, qvod prophetarit de gentibus hujus mundi, & dixerit: Mortui non reviviſcent, qvi obierunt non reſurgent. De Iſraele autem dicit: reviviſcent mortui tui* (v. 19.) *& cadavera mea reſurgent, expergiſcimini & laudate, qvi habitatis in pulvere, nam ros olerum virentium eſt ros tuus &c. Qvibus declarat, non niſi Iſraelitas reſurrecturos.* Alii tamen mitiores etiam gentiles & maximè in iis pios reſurgentium numero adſcribunt. Unde illud: חסידי אומות העולם יש להם חלק לעולם הבא *Piis ex nationibus mundi pars eſt in ſeculo venturo.* Et illud: אין הקדוש ברוך הוא מקפח שכר כל בריות *Non fraudat DEUS præmio ullam creaturam.* Unde etiam *R. Menaſſe l. 2. de reſurrection. cap. 9.* refert, illos ex gentibus reſurrecturos, juxta *R. Moſen & R. Meir Ben Gabbai*; (qvem vid. in *Aſc. Hacc. f. 55. 1.*) qvi præcepta Noachi obſervarint, juxta *R. Moſen Ægyptium* autem qvi rectè de Deo ſenſerint, pariterq; honeſtè piè ac probè vixerint. It. ex illo dicto Talmudico, ubi qvatuor idiotæ & inter illos Bileam non leguntur reſurgere, concludi in Talmude בלעם הוא דלא אתי הא גוים אחריני אתו *Bileam eſt, qvi non veniet* (in ſeculum venturum) *E. alii gentiles venient.* Tandem infit: *Etiam R. Jehuda Levita ait, nulli è gentibus mercedem negari operum ſuorum; qvamvis non æqvent peregrinum ſibi ipſis, eò qvod propheta evadere neqveat. In ſacro qvoq; libro Zohar traditur, regibus omnibusq; adeò magiſtratibus, qvi juſta exercent imperia & Hebræos in ditione ſuâ habent, certum in paradyſo gradum eſſe aſſignatum; qvemadmodum eosdem, ſi malè Hebræos habeant, pœna certa manet.*

Pii etiam inter gentiles reſurgent juxta alios Rabbinos.

Ex qvibus nunc ſatis ſuperq; patet, ſi qværatur, qvid de numero reſurgentium Judæi ſentiant, reſponderi poſſe, credere illos, cujuscunqve generis homines, Judæos, gentiles, probos, improbos, juſtos, injuſtos reſurrecturos, non autem homines ſingulos. Aliàs qvanta ſit cum difficultate conjunctû certi aliqvid hic definire velle de Rabbinorum ſententia docet *Venerandus hujus Academiæ Senior Vir Ampliſſ. atq; Excell. Dn. Andr. Sennertus, Præceptor atq; Mecænas nunqvam ſine honore nominandus in q. XI. in Pſ 1. p. 123.* qvando de imp. reſurr. ait: *Jam verò animum hic deſpondemus modò. Certi enim, ut ſuprà dictum,*

Summa ſententiæ de numero reſurgentium.

pro-

proferre aliqvid, vel ſaltem receptam magis aut communiorem ſententiam circa qvæſitum hoc idem erit propoſitum qvidem ac tentatum idem. Sed fruſtrà viciſſim: qvemadmodum in ſimili aliis ante nos id ipſum contigit.

Status reſurgentium in reſurrectione. Eodem ſtatu reſurgent, qvo erant morientes: ita Abarb. ita Zabara. ita de Trana.

§. 3. Atqve hæc de numero reſurgentium, qvod erat primum. Dicendum nunc eſt de ſtatu illorum in reſurrectione, de qvo ita ſentit *Abarbanel in N. Aſ.* R. 4. שבאותו אופן ומצב שהיה האדם במותו יקום בתחייתו, *qvod eo modo & ſtatu reſurrecturus aliqvis ſit, qvo fuerit moriens.* Qvo cum facit R. *Zabar. l.c. c.* 1. ubi ait: ומבואר כי בתחיית המתים יעמדו באותו ענין שהיו בשעת מיתתם *patet in reſurrectione mortuorum in eòdem ſtatu futuros, qvo fuerant horâ mortis.* Ὁμόψηφος eſt *Moſ. de Tr. l.c. f.* 111. *col.* 3. ſcribens: ולכן רצה האל יתברך להחיות את כל אחד בצורתו ותבניתו שהיה בזמן מיתתו: *propterea voluit Deus reſuſcitare qvemvis eâ formâ & ſtaturâ, qvam habuit moriens.* Qvia E. eodem ſtatu mortuos ita reſurrecturos Judæi putant, non poſſunt non ſtatuere illos, qvi vitiis corporis erant deformes, cum illis qvoqve prodituros, qvæ tamen vitia retineri propterea volunt, ut melius cognoſcantur mortui, poſtea autem ſanatum iri. Hinc illud apud *Abarbanel. l.c.* עד שאיפלו המומים המקריים או הנמשכים אחר החומר יקומו עמהם והיה זה כדי שיהיו יותר נכרים בהם: *adeò, ut etiã vitiis ſ. accidentalibus, ſ. materiã conſeqventibus ſint reſurrecturi, & hoc propterea, ut per illa melius agnoſcantur.*

Reſurgent cum vitiis corporis. ita Abarb.

Cui ſuffragatur *R. Moſ. de Trana in Beth. Eloh. f.* 111. *c.* 3. ita ad verba jã citata pergens: ולכן רצה האל ית׳ להחיות את כל אחד בצורתו ותבניתו שהיה בזמן מיתתו ואם יתנכר על שום אדם על שראהו קודם מיתה בחור מומו יוכיח עליו כי הוא הוא *Propterea vult Deus reſuſcitare qvemlibet in forma ac ſtatura ſua qvam habuit tempore mortis, ut ſi alius fortè videretur ei, qvi viderat eum, anteqvam moreretur juvenis, vitium ejus de eo teſtetur, qvod ſit ille ipſe.* Addit autem pro probanda ſanatione iſtorum vitiorum *col.* 4. in reſurrectione temperamentum in opti-

ita de Trana.

optimum ſtatum reſtituendum eſſe,ſed qvædam vitia ex malo oriri temperamento: item hominem nî ab illis vitiis ſanetur, non fore perfectum ad imaginem Dei, cum qvi vitium habeat, defectum imaginis divinæ ſentiat. Huc referendum & illud eſt apud *R. Saad. l.c. fol.36. c.3.* והה' מי שימות מהם והוא סומא *Im Saadias.*
או מבוטל מאבריו או בשאר הפגעים והמומים מר״ה
יהיה מענינו ואומר שיחיו תחלה כמום ההוא שיכירוהו
בני אדם שהוא הוא ואחר כן ירפאהו הבורא ותהיה
אות גמורת כמו שאמרו רבותינו עומדין במומן ואחר
כן מתרפאין ועל כן הקדים אני אמית ואחיה מחצתי
ואני ארפא וכבר אמרו אז תפתחנה עיני עורים ואזני
חרשים תפתחנה אז ידלג כאיל פסח ותרון לשון אלם:

ſ. *Qvinta* (qvæſtio) *eſt, qvid cum illo eventurum ſit, qvi mortuus fuerit ex illis cæcus vel mancus, qvod ad membra ſua, vel alios caſus & vitia? Dico autem qvod victuri* (in reſurrectione) *ſint initio cum vitio illo, ut cognoſcantur ab hominibus, qvod ſint illi ipſi, poſtmodum autem à Creatore ſanatum iri per miraculum inſigne, ſicut dixerunt ſapientes noſtri: Conſiſtunt cum vitiis, & poſtmodum ſanantur. Idcircò præponitur* (Deuteron. 32. 39.) *ego mortificabo, frango & ſanabo. Item,* (Eſa.35. 5.) *tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum, tunc ſaltabit claudus inſtar arietis, & cantabit lingva muti.* Qvod dictum in ipſo Talmude qvoqve citatur in *Sanhedr. c.* II. *fol.*91. *col.*2. his verbis: ריש לקיש' רמי כתיב בם עור *Im Talmud ipſum.*
ופסח הרה ווולדת יהדיו וכתיב אז ידלג כאיל פסח
והרון לשון אלם כי נבקעו במדבר מים ונחלים
בערבה הא כיצד עומרין במומם ומתרפאין: ſ. *R. Simeon filius Lakiſch iſtos verſus inter ſe comparabat: Inter ipſos cæcum & claudum, gravidam & puerperam pariter* (adducā Jer.31.8.) Et: *tunc ſaliet claudus velut aries, & cantabit lingva muti: cum eruperint in deſerto aqvæ & torrentes in ſolitudine,* (Eſ.35.6.) *Qvomodo utrumqve verum erit? Surgent cum morbis ſuis & ſanabuntur.* Huc pertinet & illud *R. Abr. Seba in Tzer: Hamm. in loc. Deut.* 32.39. ſcribentis: *Im Abraham Seba.*

Digitized by Google

bentis : אמר שעתיד הקדוש ברוך הוא להחיות המתים
כמו שהיו בראשונה פסחים או עורי׳ כן יקומו אחר
התחייה פסחים בענין שלא יאמרו אחרים החיה
וזהו אני אמית ואחיה המתים כמו שהיו עורים
אלמים ואחר כך מחצתי ואני ארפא מכותם ומומם :
ſ. *Dicit Deum reſuſcitaturum mortuos, ſicut fuerunt primitus; ſi claudi & cæci, reſurgent ita poſt vivificationem claudi; ne qvis dicat alios ſuſcitavit* (Deus). *Hoc eſt illud: Mortificabo & vivificabo, ſc. mortuos, ſicut fuerunt, cæcos & mutos: & poſtea: confregi & ſanabo, ſc. plagas & vitia illorum.* Qvi locus eodem modo explicatur *in Talm. l. c.* his verbis : רבא רמי כתיב אני אמית ואחיה
וכתיב מחצתי ואני ארפא אמר הקדוש ברוך הוא
מה שאני ממית אני מחיי׳ והדר מה שמחצתי אני
ארפא *Raba componebat iſta dicta: Ego interfecero & vivificabo. Et: fregero & ſanabo. ſc. qvaſi diceret Deus: Qvod occidero, vivificabo; & rurſus; qvod fregero, ſanabo. R. Alſcechi* conſenſum in *Deut.* 32. 39. ſupra audivimus. Nec minus *R. Salomo in Chel. Hariſch. f.* 95. *col.* 2. dicit *in loco Deut.* 32. mortuos vocari Rephaim כי בקומם
יקומו כמו שהיו בשעת שנרבו ונהרגו ועוד מעט ויתרפאו
qvia, dū reſurgent, reſurrecturi ſint, ſicut fuerant horâ qvâ defecerunt & occiſi fuerunt, & parvo poſt tempore ſanatum iri. Si plures hac de re differentes audire lubet, adeantur *Ber. Rab. & Jeb. Zab. à Cl. Pocock. in not. ad P. M. p.* 133. recenſiti. Imò qvod in eodem ſtatu futuros arbitrentur Rabbini mortuos: hinc etiam veſtimentis iiſdem redituros nugantur. Unde *R. Saad. l. c. fol.* 36. *col.* 2: ואמרו עוד כי
המתים יעמדו בתכריכיהם אמרו עתידים הצדיקים
לעמוד בלבושיהם ואין השבת בגדיהם יותר קשה אצל
השכל מהשבת גופותיהם ורוחותם : ſ. *Præterea dicitur, mortuos ſtaturos cum ſuis indumentis. Dicunt: ſtabunt juſti veſtibus ſuis, neq; reſtitutio veſtimentorum illorum difficilior factu eſt ratione, qvàm reſtitutio corporum & ſpirituum illorum.* Unde & *Abarbanel l. c. rad.* 4 & *præf. in Eſ. rad.* 7. ait : ולא לבד בעניני גופם
אבל גם בלבושיהם אמרו כן כראיתא ההם שאלה
קליאנפטרא

Ita R. Alſchech.
Ita R. Salomo.
Ita Ber. Rabb. & Zabara.
Reſurgent cum veſtimentis.
Ita Saadia.
Ita Abarbanel.

קליאנפטרא מלכתא את רבי מאיר ואמרה ליה ידענא דחיו שכבי דכתיב ויציצו מעיר כעשב הארץ אלא מאי היא כשהן ערומים עומדים או בלבושיהם עומדים אמר לה קל וחומר מחטה ומה חטה שנקברת ערומה יוצא בכמה לבושים צדיקים שנקברים בלבושיהם על אחת כמה וכמה —— ואפשר לפרש הלבושים על חומר האדם וגופו כי הוא יקרא לבוש כמו שאמר התהפך כחומר חותם ויתיצבו כמו לבוש יהיה מה שיהיה אין מעצור ביד השם אשר ברא את העולם אחרי האפס הגמור לעשו כהנה וכהנה: ſ. *Neq; ſolum qvod ad illa, qvæ ad corpus pertinent, ſed & qvod ad veſtes attinet* (redibunt iidem). *Ita dicunt: cùm aliqvando quæſiviſſet regina Cleopatra R. Meir, & dixiſſet: novimus mortuos victuros eſſe, juxta illud: & efflorescent in civitate ut herba terræ,* (Pſal. 72. 16.) *Sed qvomodo, anne nudi ſtabunt, an amicti veſtibus? Reſpondit illi à minori ad majus: cùm triticum, qvod nudum humatur, tot veſtibus involutum prodeat, qvantò magis juſti, qvi cum veſtibus ſepulti ſunt.* —— *Poterunt qvidem explicari veſtes, de materia & corpore humano, qvod appellatur veſtis, juxta illud* (Job 38. 14.) *mutabitur ſicut argilla ſigillaris & ſiſtentur velut indumento:* (qvem locum ita intelligunt: qvamvis lutum ſepulchri corruperit ſigillum humani corporis, nihilominus tamen indutum eadem ferali veſte reſurget) *qvicqvid tamen ſit, nil impedit, qvo minus Deus, qvi creavit mundum, cùm abſolutè nihil exiſteret, poſſit hæc talia præſtare.* Hæc *Abarbanel (ex Sanhedr. c. 11. fol. 90. col. 2. in fine.)* qvi tamen Deum ſi non planè easdem, attamen ſimiles veſtes reſtituturum mortuis arbitratur, ut multis objectionibus occurrat. Solent etiam in teſtimonium hìc à Rabbinis allegari hiſtoriæ vel fabulæ potiùs. v. g. de Johanne, qvi jam morti vicinus, inter alia præceperit: *ſepelite me veſtibus decoræ* ברדוקא *i. e. neq; candidis, neq; nigris: ne qvando reſurgam inter juſtos ac probos, me pudeat mei ob nigras meas veſtes: vel ſi inter malos ac impios reſurgam, me mei pudeat ob veſtes* can-

Confirmatur idem ex hiſtoria de Johanne.

de Jeremia. *candidas.* Ita etiam de Jeremia narratur dixiſſe illum: *veſtite me amictu puro ac candido, & induite me caligis, & date mihi in manibus baculum, & calceis includite pedes meos, ut qvando dominus me vocat promptus ſim ac paratus.* Qvarum fabularum meminit *Cl. Dn. Hoornbeck. de convinc. & convert. Jud. l.8. c.5. p.557.* Subtilius

Sententia R. Ephraim de veſtibus. ſentire videtur de his veſtibus *R. Ephraim in Sepher Ir Gibborim fol.18. col.2.* qvando ſcribit : וכן אר"ל צדיקי' עתיד שיעמדו
בלבושיהון וקו מחוטה ומדה חיטה זו שנקברה
ערומה יוצאת בכמה מלבושין צדיקים הנקברים
בלבושיהון עאכ"ו ומדרש זה פלאי הוא שהרי אף
רשעים נקברים בלבושיהן ולמה נקט דווקא צדיקי'
אלא רצה בזה שהצדיקי' עתיד שיעמדו והלך לפניהם
צדקיהם שהוא המלבוש שלהם להמליץ בעדם וקו'
מחוטה מהרשעים שהלכו כל ימיהם בעצת יצרם
הנמשל לחט' למאן דאמר אחד שסובר שהוצה"ר
נמשל לחיטה שנ' לפתח חטאת רובץ או חיטא
הוא לשון חטא ממש חה"ש ומה חיטה זו שנקברי'
ערומ' שהרשעי' שנקברו ערומים ממצות ע"ד ואת
ערום ועריה אפילו הכי יוצאין בכמה מלבושין ע"ד
כפלח הרמון רקתך אפילו ריקים שבך מלאים
מצות כרמון וכן הוא אומר אם יש מלאך מליץ
אחד מיני אלף וגו' ועל כרחך אתה צריך לומר
שמקרא זה מדבר ברשעים שהרי תתקצ"ט מלמדין
עליו חובה ורק אחד מלמד זכות והוא בוודאי
מצד רוב העונות שבו ואם ברשעים כך היא
המדה ;

Digitized by Google

המידה שהמעט מצות שבידם ילכו וימליצוהו לעתיד ק״ו בצדיקים הנקברים בלבושיהן פי׳ שהלכו בתומם עד יום מותם ק״ו שיעמדו בלבושיהן והלך לפניהם צדקיהם להמליץ בעדם *Ita dicunt Rabbini noſtri: juſti ſtabunt veſtibus ſuis, multò magis præ tritico. Qvid autem evenit tritico, ſepelitur nudum, prodit tot veſtibus. Juſti ſepulti veſtibus ſuis qvanto magis. Hæc autem Medraſch eſt admiranda, qvia etiam impii ſepeliuntur veſtibus ſuis. Qvare itaq; accipitur præcisè de juſtis? Senſus eſt, qvod juſti ſtaturi ſint; & ante eos itura ſit juſtitia eorum, qvæ eſt veſtis eorum docens de iis, & qvidem multò magis præ tritico, i. e. præ impiis; qvi omnibus diebus ſuis conſilium cogitationis ſuæ ſecuti ſunt, qvæ comparatur cum tritico, juxta illud, qvod aliqvis putavit, cogitationem malam comparari cum tritico ex eo, qvod dicitur:* (Gen. 4. 7.) *ad oſtium triticum* (i. e. peccatum) *cubat. Vel vox* חיטא *de tritico propriè accipitur. Hoc eſt qvod dicitur: qvid autem evenit tritico, ſepelitur nudum; eò qvod impii, qvi ſepeliuntur, denudati præceptis juxta illud: nudisſimam & retectisſimam* (relinqvent Te Ezech. 16. 39.) *etiam prodeant tot veſtibus, juxta illud: velut fragmen malogranati eſt vacuitas tua* (Cantic. 4. 3.) *i. e. etiam vacui in Te, pleni* (erunt) *præceptorum inſtar malogranati. Ita dicitur: ſi adſit nuncius docens unus ex millibus &c.* (Job. 33. 23.) *Cogeris autem neceſſariò dicere locum hunc loqvi de improbis. Ecce enim 999 docent de eo* (homine) *damnationem, & unus tantùm docet abſolutionem, qvod manifeſtè evenit ob multas iniqvitates, qvibus premitur. Qvod ſi itaq; cum impiis ita comparatum eſt, ut pauca præcepta, qvæ ſervarunt, eant & doceant de iis in futurum, multò magis ita agetur cum juſtis, ſepultis cum ſuis veſtibus, i. e. qvi ambularunt in integritate ſua usq; ad diem mortis ſuæ; multò magis ſtabunt veſtibus ſuis, & ibit ante eos juſtitia eorum, ut doceat de iis.* Hæc *R. Ephraim*, à qvo tamen diſſentit *R. Salomo in Chel. Hariſch. Miſſeph. Difr. Schlomo*, qvi *fol. 96. col. 1.* adhuc novam explicationem iſtius ſententiæ Rabbinicæ, (qvod juſti ſtaturi ſint cum veſtibus multò ma- *Sententia R. Salomonis de veſtibus.*

 gis

gis præ tritico) affert, & veſtes de corporibus ipſis vult intellectas, dum infit: הנה קודם בואי לפרש קצת פסוקי זאת
הפרשה המורים על זאת הכוונה אומר שרבותינו ז"ל
אמרו עתידים צדיקים שיעמדו במלבושיהם ק"ו מהטא
וכן י"ש ופרשתי אני בו שכוונתם להשיב תשובה
על צורך התחיה וכוונתה כי הנה כוונת התחייה
היתה שהגוף יקבל גם כן שכרו מן המצוות אשר
נשתתף גם הוא עם הנשמה בעשייתן והמפקפקים
על התחייה הם המקיימי' שעקר יקר השלמו' תלוי
בעיון ובמושכל ולא במעשה כלל ולכן לדעתם יתחייב
שאחר שהנשמה עומדת בעולם הנשמות משכלת
במושכלות ובעיונים באין מעיק כלל למה לה לחזור
ולבא עוד אל העה"ז אמנם אנו מאמיני התורה אנו
מאמינים שהואיל והאדם נברא חמרי והנשמה נתלבשה
במלבושי הגופיות היה כוונת ה' ית' כדי שיזכה
האדם מצד גופו ומצד נפשו ואם כן לכך צריך
שיעמדו הצדיקים וישובו מן עולם הנשמות כדי לזכות
וליהנות בשתוף עם הגוף שניהם יחדיו והביאו ק"ו
מן החטא כי החטא עם היות חמכון ממנה הזרע
וזורעים לבדה ערומה אחרי שהותכו הקליפות בקש
והתבן שבה ועכ"ז טבע עגינה מחייב שתצמח עם
קליפותיה שהם צריכות לשמירת הזרע כ"ש וק"ו
הצדיקים שהלבושים עצמם אשר היו מזכים אותו
והיו עזרים ושותפים בשימת משים ולא בשלילה
כלל

Digitized by Google

כלל לכר להשיג את אושרו שיזכו לחיות בכוונה ראשונה והוא מאמר נפלא עיון עליון: *Ecce anteqvam explicare aggrediar aliqvot verſiculos hujus paraſchæ, qvi docent de hoc argumento* (deſiderio patrum ſepeliri in Terra Canaan cupientium) *dico, qvod Rabbini noſtri p. m. tradiderint: Juſti ſtabunt cum veſtibus ſuis multò magis præ tritico &c. Id qvod ita explico, voluiſſe ſcilicet eos reſpondere ad neceſſitatem reſurrectionis, & ejus intentionem. Intentio enim reſurrectionis eſt, ut etiam corpus recipiat mercedem ſuam de præceptis, qvæ animæ junctum ſervavit; Qvi enim vilipendunt reſurrectionem, confirmant fundamentum perfectionis maximæ dependere à contemplatione & intelligibili, non ab opere ullo, unde juxta mentem eorum ſeqvitur, qvod poſteaqvam anima in mundo animarum ſubſiſtat intelligens res intelligibiles & ſpeculativas nullâ re obſtante, non opus habeat redire & venire in hunc mundum; Sed tamen nos, qvi fidem habemus legi, credimus, qvod, poſteaqvam homo creatus ſit ex materia, & anima veſtibus corporeis induta, intenderit Deus, ut homo mundus eſſet & animâ & corpore, & propterea neceſſe ſit, ut juſti ſubſiſtant, ut mundi ſint & utilitatem capiant, juncto corpore ſimul. Probant autem dum ajunt: multò magis præ tritico. Nam triticum, licet ſemen ex eo intendatur, & ſeminent illud nudum, poſteaqvam avulſi ſunt folliculi cum ſtipula & ſtramine, nihilo tamen minus natura ejus cauſatur, ut germinet cum folliculis, ad cuſtodiendum ſemen neceſſariis; multò magis juſti, qvorum veſtis fuit corpus eorum qvod purificarunt, ut juvarentur eo ceu ſocio in ſervandis præceptis, qvæ nullo modo abnegarunt, tantum ut aſſeqveretur* (corpus) *beatitudinem ſuam, digni erunt ut vivant juxta primam intentionem. Qvi ſermo eſt mirabilis, & conſideratione dignus.*

§. 4. Tertium, qvod de ſubjecto reſurrectionis proponere conſtituimus, ſtatus eſt illorum poſt reſurrectionem. In illo enarrando cum præ ceteris valdè occupati ſint *R. Saadias in Seph. Æmun f. 36. col. 2. 3 & Moſ de Trana in Beth. Eloh. fol 110. 111. 112.* illos inprimis audiemus, additis tamen paſſim aliorum etiam Judæorum *Status reſurgentium poſt reſurrectionē.*

Qv.1. An reſuſcitati iterum moriantur? Sententia Negativa ex Saadia.

rum ſententiis. Qværitur itaq; I. *An reſuſcitati iterum moriantur?* R. Saadias cum qvæſtiones aliqvot de reſurrectione moveat, inter eas etiam ſtatûs eam inſecuturi meminit. Et qvidem ſecundam ita proponit: והב׳ הימותו אחר כן ואשיב כי לא ימותו אבל מעתיקים אותם מימות המשיח אל נעימות העולם הבא ובזה אמרו רבותינו מתים שהקדוש ברוך הוא עתיד להחיותם שוב אינן חוזרין לעפרן *Secunda* (qvæſtio eſt) *An moriantur poſteà? Reſpondeo, non eſſe morituros, ſed translatum iri à diebus Meſſiæ ad amœnitatem ſeculi futuri. Hinc dicunt Rabbini noſtri: mortui qvos Deus benedictus reſuſcitabit, non iterum revertentur in pulverem ſuum.*

Ex Moſ. de Trana.

Subjungit huic qvæſtioni *R. de Trana* probationem ex Scriptura, dum ait: וכן נראה מן הכתוב אלה לחיי עולם ואלה לחרפות ולדראון עולם כמו שעולם האחרון הוא לעולם ועד שהם כלים ונאבדים כן עולם הראשון הוא שיהיו חיים לעולם ועד ולא לעולמו של יובל *Ita apparet ex Scriptura: iſti* (reſurgent) *ad vitam in ſeculum, illi autem ad opprobrium & contemptum in ſeculum,* (Dan. 12. 2.) *Qvemadmodum ſeculum poſterius denotat abſolutam æternitatem, qvando illi pereunt & corrumpuntur, ita ſeculum prius ſignificat victuros illos vitâ abſolutè æternâ, non verò in ſeculum Jubilæi.*

Ex Sanhedrin.

Cui conſonat Traditio domus Eliæ in *Sanhedrin c.11. fol.92. col.1. in fine.* תנא רבי אליהו צדיקים שעתיד הקדוש ברוך הוא להחיותן אינן חוזרין לעפרן שנאי והית הנשאר בציון והנותר בירושלם קדוש יאמר לו כל הכתוב לחיים מה קדוש לעולם קיים אף הם לעולם קיימין: *Traditio domus Eliæ: juſti, qvos reſuſcitabit Deus,*

Digitized by Google

Deus, non redigentur iterum in pulverem. Erit enim ut qvi reſiduus fuerit Tzione, & ſuperſtes fuerit Hieroſolymis, is ſanctus appelletur: omnis ſcilicet, qvi deſcriptus fuerit ad vitam Hieroſolymis. (Eſ. 4. 3.) *Sanctus videlicet in æternum vivit. Itaq; qvoq; illi in æternum vivent.* Idem affirmatur etiam ab aliis Rabbinis paſſim. In *Afodat Haccodeſch. fol. 54. col. 4.* legitur: והוא אמרם ג״ב בפר׳ חלק תאנא דבי אליהו צדיקים שעתיד הקב״ה להחיות שוב אינן חוזרין לעפרן שנ׳ והיה הנשאר בציון וגו׳ מה קדוש לעולם קיים אף הם לעולם קיימים ואם תאמר אותן אלף שנים שעתיד הקב״ה לחדש בהם את עולמו שנ׳ ונשגב יי׳ לבדו ביום ההוא צדיקים מה הם עושים הקב״ה עושה להם כנפים כנשרים ושטין על פני המים שנ׳ על כן לא נירא בהמיר ארץ ושמא תאמר יש להם צער תלמוד לומר וקווי יי׳ יחליפו כח יעלו אבר וגו׳ הנרה באדו כי בעולם הבא שאחר התחייה ישוב העולם להויתו וליושבו והוא שיתקיימו בגוף ונפש ולא ישובו לעפרן לעולם עוד כי יהנו בזיו העליון והאור הבהיר ההוא קיומת והוא אורם ונהנין מזיו השכינה והיא האכילה והמזון האמיתי אשר בו קיום נצחי *Hoc eſt, qvod etiam dicunt* (Rabbini noſtri) *in Cap. Cheleck: Traditio eſt domus Eliæ: juſti, qvos reſuſcitabit Deus, non redigentur iterum in pulverem, qvia dicitur: & erit ut qvi reſiduus fuerit Tzione &c.* (Eſ. 4. 3.) *Qvid eſt Sanctus? In æternum ſubſiſtens. Etiam illi* (reſuſcitati) *in æternum ſubſiſtent. Si dixeris: illis mille*

Ex Afodat Haccodeſch.

annis, qvibus Deus innovaturus eſt mundum, juxta illud: Et elatus erit Dominus tantùm illo tempore (Eſ.2. 11.) *qvid juſti facient? Rɭ. Deus faciet illis alas inſtar aqvilarum,* (per qvas alas intelligitur לבישת הנפש מלאכות ותתלבש הגוף עמה ושלא התבטל בבטול היסודות *animam naturâ angelicâ induendam, caq; veſtiendum corpus ne pereuntibus elementis unà pereat,* ut explicat ibid. *f.54. col.4. circa fin.*) *& current ſuper aqvas, juxta illud: propterea non timemus, etiamſi commoveantur montes* (Pſ.46. v.3.) *Dixeris: anguſtia erit illis. Docemur: at exſpectantes Jehovam mutant vires, aſcendunt pennis &c.* (Eſ.40. v.31.) *Ecce explicant* (Rabbini) *qvod in ſeculo venturo poſt reſurrectionem mundus ſit rediturus ad ſuam eſſentiam veterem; Hoc eſt illud: qvod ſubſtituri ſint animâ & corpore neq; amplius reverſuri in pulverem in perpetuū. Nam fruituri ſunt ſplendore ſupremo, & lux illa illuſtris perennis eſt, eſtq; lux eorum, & fruūntur ſplendore majeſtatis divinæ, qva eſt comeſtio & cibus verus, qvo in æternum ſubſiſtunt.* In eodem libro *fol.55. col.1.* adducitur conſenſus *R. Joſuæ Ben Levi &* ex parte *R. Chaninæ* his verbis: הנה כי לדעת ריב״ל אן מיתה לעתיד לבא אפילו באומות העולם ורבי חנינה שסבור שיש מיתה באומות העולם מורה שאין חסידי אומות העולם בכלל מיתה *Ecce juxta mentem R. Joſua Ben Levi non obveniet mors ne qvidem populis mundi* (gentibus). *R. autem Chanina qvi putat obventuram mortem populis mundi, confitetur tamen pios inter populos mundi* (qvi ſervârunt 7. præcepta Noachidarum, ut dixerat in præcedentibus) *planè non morituros.* Utrosqve autem concedere Iſraëlitas non iterum morituros, patet ſtatim ex his ibidem ſeqventibus: ובין רבי חנינה ובין ריב״ל כלם מודים שאין מיתה בישראל לעתיד לבא *Tam R. Chanina qvàm R. Joſua Ben Levi omnes fatentur non morituros Iſraelitas.* Additur ibidem ſtatim ſuffragium *ex Talmude & Bereſchith Rabba,* qvod ita explicatur: וכן דעת חכמי התלמוד ע״ה אמרו.

Ex R. Joſua & R. Chanina.

Ex Talmude iterum & Bereſch. Rabba.

אמרו בפ' חלק ופר' תמיד נשחט עולא רמי כתיב
בלע המות לנצח וכתיב והנער בן מאה שנה ימות
לא קשיא כאן בישראל כאן באומות העולם ובבר
פרש' כ"א אני בצדק אחזה פניך אשבעה בהקיץ
תמונתך לכשיקיץ אותו שנבר' ברמותך באותה שעה
אני מצדקו מאותה גזרה באותה שעה הן האדם היה
כאחד ממנו הנה בארו כי בעולם הבא אחר תחיית
המתים הקב"ה מצדיק לאדם הראשון מהגזרת שגזר
עליו והיא גזרת מות ושלוח מגן עדן ויזכה אל
הקיום והנצחיות בגוף ונפש כמו שהיתה הכוונה בו
קודם שחטא ובאותה שעה יתקיים בו הן האד' היה
כאחד ממנו בנצחיות והיתה זאת אמונה חזקה
והבטחה גדולה כי אדם הראשון הוא אשר הפך
קערה על פיה וקלקל העולמות בחטאו והוא סבה
ראשונה ליפתח המעין הנרפש שהוא החטא ולהמשיכו
שיכשלו בו כל הבאים מכחו אשר זה היה סבת
המות והיה מן הדין שאחר שהוא היה סבה אל
השחתת העולם וקלקולו שלא יהיה בכלל התקון
והזכות וצדק עולמים ועם זה היה מחסר בראו לצדקו
מאותה גזרה ולהביאו אל שלמותו ואל תכליתו אשר
כוון בו מתחלה שיהיה קיים נצחי בגוף ונפש וזאת
תקוה רבה ותוחלת עצומה לכל הבאים מכחו שיגיעו
אל שלמותם בעולם הבא אחר התחייה לחיות באלה

אחיים הנעימים זמן רב וחיים ארוכים ובבא עתם
יזכו אל העלוי בגוף ונפש ויתקיימו לעד בזיו העליון

Ita etiam ſentiunt ſapientes Talmudiſtæ p. m. dicunt in cap. Chelek & cap. Tamid Niſchath: Illa objecit, ſcriptum eſſe; abſorbuit mortem in æternum (Eſ. 25. 8.), *& ſcriptum eſſe: & puer filius centum annorum morietur* (Eſ. 65. 20.) *Non hæc opponuntur, ibi de Iſraële hic de populis mundi ſermo eſt. In Bereſchit Rabba ſectione 21. legitur: in juſtitia videbo faciem tuam, ſatiabor cum evigilo imagine tua,* (Pſ. 17. 15.) i. e. *cum evigilabit, qvi creatus eſt ad imaginem tuam, illâ horâ ego abſolvo eum ab illo decreto, illâ horâ ecce homo eſt ſicut unus ex nobis. Ecce declarant qvod in ſeculo futuro poſt reſurrectionem mortuorum Deus abſoluturus ſit hominem primum à decreto, qvod decreverat ſuper ipſum, decreto ſcilicet mortis, & expulſionis ex horto Eden, & dignaturus eum ſit ſubſiſtentiâ & æternitate corporis & animæ, qvemadmodum intenderat hoc in eo, anteqvam peccaret. Eâ ipsâ horâ confirmabitur illud: Ecce homo eſt ſicut unus ex nobis, qvod ad æternitatem attinet. Qvæ fides firma eſt & promiſſio magna. Nam homo primus ſcutellam evertit, & mundo peccato ſuo maledixit, primaq; cauſa extitit, ut aperiretur fons lutoſus, qvi eſt peccatum, & protraheretur, ut impingerent in eum omnes prognati ex eo, qvi fuit peccati cauſa. Fuit itaq; juſtum, ut poſteaqvam ille eſſet cauſa corruptionis mundi & maledictionis ejus, ut prorſus non veniret reſtitutio & mundatio atq; juſtitia perpetua. Nihilo tamen minus miſericordia Creatoris voluit eum abſolvere ab iſto decreto, & perducere eum ad integritatem & finem priorem, qvem primò intenderat, ut eſſet ſtabilis perpetuò corpore & anima. Qvæ eſt ſpes magna & exſpectatio valida omnium ab eo deſcendentium, qvod perventuri ſint ad integritatem ſuam in ſeculo venturo poſt reſurrectionem, ut vivant iſtam vitam amœniſſimam tempore multo & longo; & cum venerit illorum tempus digni habendi ſint æſtimatione hac* (honore hoc) *animâ & corpore, & ſubſtituri in perpetuum in ſplendore ſupremo.* In eâdem ſententiâ fuêre *R. Nachman & R. Aaron Levita*, ceu patet ex eodem libro *Af. Hacc. f. 53. col. 2.* ubi ita allegantur:

Ex R. Nachm. & Aarone Levita.

צדקו דברי רבינו הגדול. הרמב"ן ז"ל ודברי הרב ר' אהרון הלוי תלמידו ז"ל באמרם כי בני תחיית המתים לא ימותו עוד *Vera ſunt verba Rabbi noſtri magni Moſis Bar Nachman p.m. & magni Aharonis Levitæ diſcipuli ejus p.m. qvando dicunt, reſuſcitatos non eſſe morituros.* Nec minus conſentit *R. Salomo Bar Rabbi Nathan*, qvemadmodum ex formula pro mortuis precandi ab eo præſcripta liqvet, qvæ ita incipit:

Ex R. Salom. Bar Rabb. Nathan.

יהי רצון מלפני ה' אלהינו בוראינו קדושנו קדוש יעקב שיצר את כל בני בריתו בדין ותחיה אותם בדין והמית אותם בדין והוא עתיד להקימם לחיי העולם הבא ויודע מספר כלם כן ימהר ויחישה להקיץ את אדננו ורבנו הגאון הקדוש הזה או הצדיק הזה או החכם הרב הזה השרוי גופו הזה הנוחים עצמותיו בתוך האבנים הללו ויחיהו תחיית עולם שאין אחריה מיתה תחיה המבלעת כל מיתה וכו':

Sit voluntas Domini Dei noſtri, Creatoris noſtri, ſancti noſtri, ſancti Jacob, qvi creavit omnes filios fœderis ſui in judicio, & vitam ipſis dedit in judicio, & mori fecit eos in judicio, & reſuſcitaturus eſt eos ad vitam ſeculi futuri, novitq́; numerum eorum omnium, ut etiam acceleret & feſtinet expergefacere dominum & doctorem noſtrum excellentem, ſanctum iſtum, aut juſtum iſtum, aut ſapientem doctorem iſtum, cujus corpus habitat in ſepulchro iſto, cujus oſſa inter lapides hos qvieſcunt, & viviſicet ipſum vitâ æternâ, qvā nulla mors ſeqvitur, vitâ qvæ omnē mortē abſorbet &c. ὁμοψήφως allegat *R. Menaſſen Ben Iſraël l.3.c.9. de reſurr. mort.* & *R. Abr. Bilbag in Derech Emuna Dn. Pocockius in Port. Moſ. in not. p. 229.* Conf. etiam *Raſchi in Sanh. f. 92. 1.*

Ex R. Menaſſe & Abraham Bilbag.

Ita vidimus nonnullos ſtrenuè reſuſcitatos non eſſe iterum morituros defendentes; videamus etiam aliqvos, qvi ab altera ſtant parte, & adductis ſeſe opponunt. Hic primò omnium nominandus

Ex Raſchi in Sanhedr.

Sententia affirmativa ex R. Maimonide.

nandus eſt *R. Maimon*, qvem contrarium eſſe teſtatur *Abarbanel in Nachalath Afoth md.* 14. בשיאמר שהקמים ההם בתחייה לא יחיו לנצח אבל שימותו אחרי ימים ארוכים מאד *dum dicat, reſurgentes non eſſe victuros in perpetuum, ſed morituros multo tempore elapſo.* Teſtatur etiam autor libri *Afod. Hacc. fol.* 53. *col.* 3. his verbis: אבל מכל מקום לדעתו ז״ל כפי מה שכתב בפ׳ חלק ובפי׳ למשנה וכפי מה שנמצא לו ז״ל באגרת תחיית המתים ימותו אחר שיחיו וישובו לעפרם ויזכו אז הנשמות ההם למדרגה יותר גדולה בעולם הבא ממה שהיו כה קודם התחייה כפי מה שהשיגו בחיים השניים מאמתת הקב״ה *Sed tamen omninò ſentit* (Maimon) *p. m. juxta illud, qvod ſcripſit in cap. Cheleck, & in explicatione Miſchnæ, & juxta illud, qvod reperitur apud eum p. m. in epiſtola de reſurrect. mort. morituros eſſe, poſteaqvam vixerint, & reverſuros in pulverem ſuum, & hinc animas illas dignas habitum iri, qvæ ad gradum majorem in ſeculo futuro aſcendant, qvàm qvo fuerunt ante reſurrectionem, prout aſſecutæ fuerint in vitâ ſecundâ veritatem Dei benedicti.* Eadem ſententia recenſetur *ibid. f.* 55. *col.* 2.3. ubi ſimul refutatur, adductis aliis inſuper pro alterâ ſententia Judæorum veterum teſtimoniis h. m. ובאגרת תחיית המתים כתב בזה הלשון וכן יראה לנו מן המאמרים מהם שאלו האנשים אם ושובו נפשותם לגופותיהם יאכלו וישתו ויולידו וימותו וכו׳ ואמנם החיים שאין מות אחריהם הם חיי העולם אח׳ שאין גוף בהם שאנחנו נאמין והוא אצל כל בן דעת שהעולם הבא נפשות מבלתי גופות כמלאכים ע״כ ומי לנו בן דעת כרבי עקיבא שנכנס בשלום ויצא בשלום ואמר באותיותיו בזה הלשון ומהו יד מלמד

מלמד שעתיד הקב"ה להראות לכל הצדיקים שמו
ונותן להם כוס של חיים כדי שיהיו קיימי' לעולמים
עוד שם יך זה כוס של חיים שמשקהו הקב"ה
למשיח ולצדיקים לעתיד לבא ובמדרש ילמדנו לעולם
הבא אני נגלה בכבודי על כל ישראל והם רואים
אותי וחיים לעולם שנא' כי עין בעין יראו בשוב
יי' ציון *In Epiſtola de reſurrectione mortuorum ſcribit* (R. Maimon) *de hoc argumento: Ita apparet nobis ex ſermocinationibus. Aliqvi* (dicunt) *qvod iſti homines, poſteaqvam anima eorum redierint in corpora eorum, eſuri, bibituri, liberos procreaturi & morituri ſint &c. Sanè vita, qvam nulla mors ſeqvitur, eſt vita ſeculi alterius, ubi non eſt corpus, qvod nos credimus, & cuilibet ſapienti conſtat ſeculum futurum animarum eſſe, ſine corporibus inſtar angelorum. Hæc ille. Qvis autem extitit nobis ſapientior R. Akifâ, qvi ingreſſus & egreſſus eſt cum pace. Ille dicit in ſuis Oſios de hoc argumento: Qvid ſibi vult* יך*? Docet Deum benedictum omnibus juſtis oſtenſurum eſſe nomen ſuum, & porrecturum illis poculum vitæ, ut ſubſiſtant in perpetuum. Porrò nomen* יך *eſt poculum vitæ, qvod præbiturus eſt Deus benedictus Meſſiæ & juſtis. Et in Medraſch Jelammedenu* (Tanchuma) legitur: *In ſeculo futuro manifeſtabor gloriâ meâ omnibus Iſraëlitis, qvi videbunt me & vivent in perpetuum, qvia dicitur: qvoniam oculis ſuis videbunt, cum reducet Dominus Tzionem. (Eſ. 52. verſ. 8.)* Reſpondetur deinde in eod. libro *A. Hacc. fol. eod. col. 3.* ad Maimonidis aſſertum de ſeculo futuro h. m.

Reſponſio ad Maimonidis aſſertum.

ומה שאמר הרב ז"ל שהעולם הבא שאחר התחייה
נפשות מבלתי גופות כמלאכים הנה הוא הולך
לשטתו שמפרש שבין העולם הבא לאדם אחר מותו
סור בעולם הזה ובין העולם הבא אחר התחיה הוא
הבא אחר המות ושניהם עולם הנשמות לדעתו וכמו
שתוכיח

Digitized by Google

שהוכיח ממאמר רב העולם הבא אין בו לא אכילה ולא שתיה ופירש הואיל ואין בו אכילה אין בו גוף וגויה וכבר פירשנו המאמר לדעת האמת הפך דעתו וכל שכן שבאמרו צדיקים יושבים וכו' אינו מורה על שהעולם הבא הוא עולם נפשות בלתי גופות כי רז"ל כשמזכירים עולם הנפשות בלתי גופות אין מזכירים צדיקים אלא נשמתן של צדיקים או נפשותן של צדיקים וכשמדברים בעולם הבא אחר התחיה שיש שם גוף וגויה מזכירים צדיקים *Qvod autem dicit Raf p.m. ſeculum futurum poſt reſurrectionem, animarum eſſe corporibus carentium ad inſtar angelorum, in eo errorem ſuum ſeqvitur, dum docet & ſeculum eventurum homini ſtatim poſt mortem qvam in mundo hoc obiit, & ſeculum futurum poſt reſurrectionem, qvod venit poſt mortem, atq; ſic ambo eſſe ſeculum animarum juxta ſuam mentem; qvemadmodum patet ex dicto Raf: In ſeculo futuro non edunt, nec bibunt, qvod explicat: poſteaqvam ibi non edunt, nec ibi corpus nec corporeitas erit. Sed jam explicuimus hanc ſententiam ad cognoſcendam veritatem, modo ejus menti contrario. Multò minus ex eo, qvod dicit juſtos ſedere &c. docebit ſeculum futurum animarum eſſe corporibus carentium. Nam Rabbini noſtri p.m. ſi mentionem faciunt animarum corporibus carentium, non memorant juſtos, ſed ſpiritum juſtorum vel animas juſtorum, qvando autem loqvuntur de ſeculo futuro poſt reſurrectionem, ubi corpus & corporeitas eſt, memorant juſtos.* Itaqve *Maimon* morituros ſtatuit reſuſcitatos, qva in ſententiâ cum eo facit *R. Abraham Ben Eſra* in Dan. 12. 21. ſcribens: והטעם לפי דעתי שהצדיקי שמתו בגלות יחיו בבוא הגואל כי עליהם כתוב כימי העץ ימי עמי ואז יתענגו בלויתן ובזיז ובבהמות וימותו פעם שנית ויחיו בתחית המתים בהיותם בעולם הבא

Idem demonſtratur ex Aben Eſra.

Sen-

Senſus eſt juxta meam mentem, juſtos, qvi in exilio mortui ſunt, victuros eſſe, cùm venerit Redemptor. De illis enim ſcriptum eſt: ſicut dies arboris dies populi mei (Eſ. 65. 22.) Tunc oblectabuntur Levijathane, ave Ziz & Behemoth, ac morientur ſecunda vice, & vivent in reſurrectione mortuorum, dum erunt in ſeculo futuro. AbenEſra opinionem etiam amplectitur *Jehuda Zabara* l.c. illam ſententiam, qvâ dicitur תחית המתים לצדיקים עולמית בגוף ונפש *reſurrectionis mortuorum ſtatum juſtis æternum futurum anima & corpore*, appellans ſententiam vulgi & conſideratione indignam. Atqve hæc altera eſt ſententia eorum, qvi reſuſcitatos iterum morituros ſtatuunt. Succedit ſententia *R. Salomonis in Cheleck Riſchon Miſſepher Difr. Schlomo*, qvi *ἐπέχειν* eligere videtur, dum contrarias opiniones *Nachmanidis & Maimonidis* ita proponit *fol. 94. col. 2.* זאת ועוד כי באנו למחלוקת הרמב"ם והרמב"ן אם יחזרו עוד למות פעם שנית או אם יהיו חיים לעולם כי לשני הצדדים יש קושיות גדולות אם לאומר שיחיו לעולם קשה מאד שיהיו אם כן איברי גופיהם ללא תועלת אדרבה יהיו אצלם עמל מכאיב מלבד היות כמעט בלתי אפשר שאיש בעל אברים נהנה מן האכילה והשתיה ושאר הענינים הגופיים שיהיה חי לעולם ואם יחזרו למות שנית אם כן למה זה החיה אותם אם היו עתידים למות שנית אף אם יחיו כשני מתושלח כל אלה הם בלי ספק ספקות עצומות וגדולות מאד לכל הצדדים *Hoc* (difficile eſt, qvod ſcil. de fine reſurrectionis & aliis rebus meminerat), *& præterea cum ad controverſiam Rambam & R. Nachmanis accedimus, an iterum morituri ſint ſecunda vice, aut an victuri ſint in perpetuum. Nam ab utraq; parte ſunt difficultates magnæ. Si dicat aliqvis, victuros eſſe in perpetuum, obſtat valdè, membra corporum illo-*

Ex R. Jehuda Zabara.

Sententia R. Salomonis qvi ἐπέχειν eligere videtur.

rum nullius fore uſus ; è contra erunt illis moleſta , onerantia tantùm; Accedit penè fieri non poſſe , ut homo membris inſtructus, cibo, potu & reliqvis rebus corporeis fruens, vivat in perpetuum. Qvod ſi iterum moriantur ſecunda vice, qvare vivificavit eos (Deus*) , ſi iterum mori debeant ſecunda vice, etiamſi vixerint annos Methuſalæ? Qvæ omnia ſine dubio difficultates validas & maximas utrinq; pariunt.* Videtur tamen autor ad illos accedere propius , qvi non morituros reſuſcitatos aſſerunt , ceu patet ex *fol. 96. col.* 1. ubi dictum illud, abſorbuit mortem in æternum &c. (Eſ.25. 8.) urget.

Qv. 2. An reſuſcitatos capiat tellus? Sententia negativa ex R. Saadia.

§. 5. Hæc de qvæſtione prima. Qværitur deinceps ſecundò: *An reſuſcitatos capiat tellus?* Hæc qvæſtio inter qvæſtiones *R. Saadiæ* tertia eſt, qvam *l.c.* ita proponit : והג' התכיל אותם הארץ ואימר שמעת שיצאה אומתינו לבני העולם אלפים ומאתים שנה ועוד יהיו כמו שנים ושלושים דור כל דור קׄבׄ רבבה אנשים ונשים על דרך הקירוב ואם נאמר אם כלם שוים וכלם יחיו אין ממלאים מן הארץ כי אם ממאה וחמשים חלק על שנשים לכל אחד יותר מד' אמה למקומו ולזריעתו ולדרכיו ולבהמותיו וזולת זה כי כל אנשי הדורות יהיו מאה ועשרים רבבה בשנים ושלושים על הקירוב ויהיה הכל שלשת אלפי רבבה ושמנה מאות וארבעים רבבה וכאשר נגזור להם מן הארץ מאתים פרסה על מאתים אשר הם חלק ממאה וחמשים מן הארץ ונמדוד אותם אמות וכל פרסה שלשה מילים וכל מיל ד' אלפים אמה וכל אמה אשר היא אמתים והצי ושליש יהיה לכל ארך רחב במקומו ר' פ' ח' אמות ואיזה דבר יש בזה שיתבלבל בו החכמים *Tertia (* qvæſtio *) eſt: an capiat eos tellus? Dico , annos numerari mille ducentos, ex qvo gens noſtra in mundum diſperſa fuit. Præterea erunt*

erunt fermè triginta duæ generationes, unaqvaq; generatione conſtante fermè centum duabus myriadibus tàm maſculis qvàm fœmellis. Qvod ſi dicatur, omnes eſſe æqvales, & omnes victuras eſſe, non implerent, niſi centeſimam qvinqvageſimam telluris partem, ut cuilibet non aſſignemus, plus qvàm 4. cubitus, pro loco ſuo, ſatione, ambulationibus & beſtiis ſuis. Sint præterea omnium generationum homines centum & viginti myriades in triginta duabus: fermè erunt in univerſum ter mille octingenti & qvadraginta myriades. Qvod ſi attribuamus illis ducentas telluris Parſas, ſuper ducentas, qvæ ſunt centeſima qvinqvageſima telluris pars, & numeremus illos cubitus, (ut unaqvaq; Parſa contineat tria milliaria, unumqvodq; milliare qvater mille cubitus, unusqvisq; cubitus duos pedes cum dimidio vel tertia parte) unusqvisq; homo habebit loci ſui latitudinem per 288. cubitus. Qvidnam E. hîc torqvet Sapientes? Qvam *Gaonis* ſupputationem explicat *R. Moſes de Trana in Beth. Elob. f.*110. *col.*4; addit tamen אם נחשוב בדרך אחר יתרבה מנין הקמים בתחייה יותר ויותר *ſi alio modo ſupputemus, numerus reſurgentium adhuc multò magis excreſcet.* Modum illum *fol.*111. *col.*1. ita recenſet: *Ex Moſ. de Trana.*

ואם כן גם אחר שיצאו ממצרים כל אח' מהם יהיה לגוי גדול והם ס' רבוא ברנ"ו שנים כמו יעקב אבינו ומלבד אלו הס' רבוא שיצאו ממצריי היו ל' רבוא מבין יום אחד ועד בן עשרים שנה כיון שמבן כ' ועד בן ס' היו ס' רבוא וכן מבן ס' עד גבורות שיצאו ממצרים שהם פ' יהיו ל' רבוא הם ק"כ רבוא ועם הנשים הם ר"מ רבוא כפל ממה שכתב הגאון ז"ל ועל פי ריבוי החשבון שכתבתי יהיו כפלים מכל הפלגת הריבוי בל"ב דורות שכתב הגאון עד זמנו שהיה ארבעת אלפים ות"ר וכמה שנים יותר ומזמנו עד זמנינו זה שהם הש"כח נתוספו עשרה

דורות מע' שנה כל דור והם מ"ב דורות רוח ה' ידבר
ב"ם להחיותם ה' ב"ם סיני בקדש ואם כן הפלגת
ריבוי ישראל בכל אלו הדורות לא יכילם כל העולם
כי אם בהחזקת מועט בהרחבתו את המרובה וכמו
שאמר הנביא הרחיבי מקום אהלך והוא ירושלם
מקו' בית המקדש שהוא כמו אהל מועד ויריעות
משכנותיך שהם כל תחומי א"י שיתרחבו ולא
יספיקו להמון רב שיחיו עד שיפרוצו ימין ושמאל
כמו שאומר כי ימין ושמאל תפרוצי עד כל
תחומי ח"ל כמו שאמר וזרעך גוים יירש ולא
יספיק זה גם כן כי אם בערים נשמו' שלא היו
שוכנים בהם שיושיבום בזמן התהויה *Itaq; poſtea-qvam exiverunt* (Judæi) *ex Ægypto, unusqvisq; in gentem magnam excrevit; ſexaginta ſc. myriades in 256. annis, ſicut Jacob pater noſter,* (ex qvo etiam annis 256. prodierunt 60. myriades, ut dixerat autor in præcedentibus). *Præter iſtas 60. myriadas, qvæ exiverunt ex Ægypto, fuerunt 30. myriades à nato diem unũ ad natum 20. annos, poſtea à nato 20. ad natũ 60. fuerunt 60. myriades, & ſimiliter à nato 60. usq; ad ſummam ætatis, qva exiverunt ex Ægypto ſc. 80. annos erunt 30. myriades, qvæ faciunt 120. myriadas, & unà cum mulieribus 240. myriadas duplò magis, qvam ſcripſit Gaon p.m. Juxta numerum itaqve magnum, de qvo ſcripſi, duplo major erit exceſſus multitudinis in 32. generationibus, qvàm retulit Gaon usq; ad ſuum tempus, qvod fuit 4600. annorum & longè plurium, à tempore autem ejus ad tempora noſtra, ubi effluxerunt 328.* (anni) *acceſſerunt decem generationes, unaqvaq; conſtante 70. annis, qvæ ſunt 42. generationes, qvas ſpiritus Dei alloqvetur ut vivificet eas, inter qvas Dominus eſt in Sinai ſancto,* (alludit autem autor ad voces Hebræas בבם, qvæ continent 42. & ſepties ſeptem ſunt 42, unde illæ 42. generationes).

Itaq;

Itaq; exceſſum multitudinis Iſraeliticæ in omnibus iſtis generationibus non capiet totus mundus, niſi in amplitudinem ſuam paululum cogat multitudinem, (de qva phraſi Hebræa conf. *Cether Cehynna ſ. Lexicon Talmudico Rabbinicum Cohenis de Lara Hamburgi excuſum f.49. col.4. l.55.*) *qvemadmodum dicit Propheta* (Eſ. 54. 2.) *dilata locum tentorii tui, (qvi eſt Hieroſolyma, locus domus ſanctuarii, qvi eſt inſtar tentorii conventus), & aulæa habitaculorum tuorum, qvæ ſunt omnes tractus terræ Iſraël, qvi extendentur, neq; ſufficient magnæ multitudini eorum, qvi vivent, ut erupturi ſint dextrorſum & ſiniſtrorſum, juxta illud: Nam dextrorſum & ſiniſtrorſum prorumpes* (Eſ.54.3.) *usq; ad tractus extra terram ſanctam, qvemadmodum dicitur* (ibid.) *& ſemen tuum gentes hæreditario jure poſſidebit; Neq; hoc ſufficiet, ſed etiam civitates deſolatas, in qvibus non habitarunt, efficient habitabiles* (ibid.) *tempore reſurrectionis.* Hinc tandem concludit noſter *Moſes de Trana f.eod.111. col. 2.*

יוצא מכל זה שבתחיית המתים יצטרך כל העולם
להכילם ואותם שנקברו ח״ל אחר שיתגלגלו ויחיו
בא״י יחזרו ללכת לח״ל למקום מושבם או יתרחב
א״י שתכיל אותם והאל יתברך יודע האמת

Exinde colligitur, qvod in reſurrectione mortuorum totus mundus debeat eos capere, & illi, qvi ſepulti fuerunt extra terram ſanctam, poſteaqvam fuerint circumvoluti (per cavernas ſubterraneas), *& revixerint in terra Iſrael reverſuri ſint extra terram ſanctam ad locum habitationis ſuæ*, (ubi primitùs habitarunt), *aut amplianda ſit terra Iſrael, ut eos capiat; Deus autem benedictus novit, qvidnam verum ſit.* Sic vidimus ſententiarum collationem inter *Gaonem* & *de Trana*, qvorum qvidem uterqve ſtatuit, capi poſſe à tellure reſurgentium multitudinem, ſed ille facilè, hic difficulter admodùm id fieri aſſerit, prout qvisqve ſupputationem illam alio atqve alio modo inſtituit.

§. 6. Sed progredimur ulterius. Qværitur ergò tertio loco:

Qu.3. An reſuſcitati ſe invicem ſint agnituri? Reſponſio Saadiæ.

An alter alterum poſt reſurrectionem ſit agniturus? Ad hanc qvæſtionem ita reſpondet *Saadias loc. cit.* והד' אם יכירום אנשי ביתם וקרוביהם מן החיים ואומר כי הנביאים והרועים והנסיכים כשמתחייב שיכירום בני אדם יתחייב לעמת זה שיכירו קצתם את קצתם ושיחובר כל אדם אל שבטו כאשר הוא מבואר בסדור השבטים בספר יחזקאל וזולתו:
Quarta (qvæſtio) *eſt, an conſangvinei & domeſtici illorum adhuc viventes ſint illos agnituri? Dico, cùm Prophetæ, paſtores, & principes debeant agnoſci ab hominibus, debebunt eapropter qvoq; ſe invicem agnoſcere, & ut unusqvisq; ſuæ tribui poſſit aſſociari, ceu patet ex ordine tribuum in libro Ezechielis & alibi.* Ad qvem locum *de Trana fol.* 111. *col.* 2.3. ita commentatur: והראיה מספר יחזקאל היא ממה שהוזכרו שם בסוף יחזקאל גבולי כל השבטים העתידים כל גבול יהיה ניכר לשבטו אשר נראה כי כל בני שבטו אחר שיקומו בתחיה יהיו לכת א' ושבט א' ניכרים זה לזה וכיון שכל אחד יחובר אל שבטו יכירו קצתם את קצתם לאב ולאם ולבן ולבת לאח ולאחו' ושאר קרוביה' ועל ידי הכרה זו ניכר כי התחיה היא הנפש עצמ' שנפרדה מאותו הגוף שתשוב לאותו הגוף ולא נפש חדשה כי כבר כלו אז כמו שאמרו אין בן דוד בא עד שיכלו כל הנשמות שבגוף ואם התחיה היא לנפשות שנפרדו מגופן שתשובנה לגופן עצמן ולא נפש א' לגוף אחר כדמו' גלגול ואם בתחיה היתה הנפש נכנסת בגוף שני אחר שלא נוצרה היתה היא כמוכרחת

Reſponſio Moſis de Trana.

כמיכרחת להתנהג על פי מדותיו שהתנהג עם הנפש הראשונה אבל כשתשוב הנפש לגוף עצמו ששכנה בו יזכור הגוף ימי עלומיו בראשונ' עם נפשו וימשך אחר עצת הנפש לקרוא בשם ה' ולעובדו שכם א' ובזה תכיר הנפש גופה שעמדה בו כמה שנים ויכיר הגוף הנפש אשר שכנה בו וכמו שהגוף והנפש נכרים זה לזה כן מכירי' את קרוביהם ואת חבריהם שהיו מכירים אותם בחייהם

Probatio ex libro Ezechielis eſt petita ex eo loco, ubi memorantur in fine Ezechielis termini omnium tribuum futurarum, cum qvivis terminus tribui ſuæ notus erit; unde apparet, omnes tribules, poſteaqvam ſurrexerint in vivificatione, ad unam catervã, & tribum unam aliqvam pertinere, ſe invicem agnituros; Poſteaqvam autẽ unusqvisq; aſſociatus fuerit tribui ſuæ, agnoſcet etiam qvælibet familia ſuos familiares, patrem, matrem, filium, filiam, fratrem, ſororem, & cæteros conſangvineos; per qvam agnitionem patebit, vivificationem fuiſſe ejusdem animæ à corpore illo ſeparatæ, ut reverteretur in illud corpus, non animæ novæ. Nam tum jam conſummatæ ſunt (animæ corporibus immittendæ) *juxta illud: non venit filius David* (Meſſias) *donec conſummatæ fuerint animæ omnes, qvæ ſunt in Guph.* (Vid. infrà). *Qvodſi vivificatio eſt animarum à corporibus ſeparatarum, ut in illa ipſa corpora immittantur, non autem una anima in unum corpus* (qvalecunqve fuerit) *per aliqvam μετεμψύχωσιν, & in vivificatione ingrediatur anima corpus aliud peregrinum, cogetur qvaſi gubernari juxta qvalitates ejus, qvibus gubernabatur animæ priori junctum; qvando autem revertetur anima in idem corpus, qvod inhabitavit, recordabitur corpus dierum priorum, qvibus animæ junctum adolevit, & animæ conſilium ſeqvetur, ut invocet Deum, & colat eum unanimiter, & eo ipſo agnoſcet anima corpus ſuum, in qvo tot annis ſubſtitit, agnoſcetq; corpus animam, qvæ illud inhabitavit; Qvemadmodum itaq; corpus & anima ſe invicem agnoſcent, ita etiam agno-*

Digitized by Google

agnoſcent propinqvos & ſodales ſuos, qvos agnoverunt viventes. Idem autor de hac agnitione *col. ſeqv.* ita porrò diſſerit:

ההכרה זה את זה היא מוכרחת שיכיר איש את אביו ואת אמו ויכבדם ואת אחיו ואת בנו ואת אחותו ואת בתו להבדל מקרובותיו ומשאר העריות וללמד את בנו תורה ולהתאסף יחד בנחלת ה' כל בני המשפחות אצל בני שבטם וכו':

Agnitio hæc, qva fit invicem, neceſſaria eſt, ut cognoſcat homo patrem ſuum & matrem ſuam, & honoret eos, fratremq́; ſuum & filium ſuum, ac ſororem ſuam & filiam ſuam, ut ſeparetur à conſangvineis & cæteris, ne coëat cum iis, utq́; filium ſuum doceat legem, & aſſocientur in poſſeſſione Dei omnes ad familiam aliqvam pertinentes ſuis contribulibus &c. Audiatur prætereà *R. Abarb. præfat. in Eſ. radice* 8. idem aſſertum defendens h. m. השרש השמיני שהקמים בתחייה יכירו קרוביהם ואוהביהם כי להיות ההיכירה מפעל הכחות הגשמיות הנה כשישובו לעולם בגופם ונפשם תושלם הכרתם וההכרה ההיא תהי' סבה להתפעלו' בני אד' יותר כי מפני זה יקומו עם מומיהם כמו שהתבאר וכבר אז"ל והקמונו עליו שבע' רועים ושמונה נסיכי אדם מי הם הרועי' ואמרו קבלנו דוד באמצע שת חנוך מתושלח לימינו אברהם יעקב משה משמאלו ושמונ' נסיכי' מי הם ואמרו קבלנו ישי שאול שמואל עמוס בפני' הזקיהו אליהו משיח והוא המורה שיהיו ניכרים הקמים כל אחד בשמו וע"ז אמר ישעיהו בנבואה הכ"ז אתם עדי נאם ה' ועבדי אשר בחרתי להגיד שהקמים יהיו ניכרים מי הם מהאומות ומי הם מישראל:

Reſponſio R. Abarbanelis.

Radix

Radix ſeptima eſt, qvod reſurgẽtes in vivificatione agnituri ſint propinqvos & amicos ſuos. Nam qvia illa agnitio agit in vires corporeas, (ceu objectũ ſuũ) *ecce cũ revertentur in mundũ corpore & anima, perficietur agnitio eorum, eritq; illa agnitio cauſa ut homines patiantur magis* (qvi agnoſcuntur). *Nam ea propter cũ vitiis ſuis reſurgent, ſicut explicatũ eſt. Præterea docent Rabbini noſtri p.m: Et ſtatuemus adverſus eum ſeptem paſtores & octo principes hominum. Qvinam ſunt iſti paſtores? dicunt: accepimus, David in medio, Seth, Enoch, Methuſalah ad dextram ejus, Abraham, Jacob, Moſes ad ſiniſtram ejus. Qvinam octo iſti principes? dicunt: accepimus, Iſai, Saul, Samuel, Amos, Tzephanias, Hiskias, Elias, Meſſias. Unde patet, unumqvemq; reſurgentium nomine ſuo notum fore. Propterea dicit Eſaias in prophetia 27. Vos eſtis teſtes mei, dicit Dominus, & ſervi mei, qvos elegi, ut innuat reſurgentes agnitum iri, qvinam ſint ex gentibus, qvinam Judæi.* Qvæ verba *Abarbanelis* ſatis luculenter probant, facere qvidem illum cum *Gaone* & *de Trana* in eo, qvod reſuſcitatos non ſolùm propinqvos ſuos agnituros eſſe unà credat, ſed & alios; diſſentire tamen ab iis in eo, dum etiam Saulem cum aliis impiis agnitum iri ſcribat, & ſic reſurgere etiam impios debere velit, qvæ ſententia à *Gaone & de Trana* aliena eſt, omni niſu ſolorum juſtorum vivificationem probare satagentibus.

§. 7. Sed ulterius. Qværitur igitur qvarto loco: *An reſuſcitati ſint eſuri, bibituri, uxores ducturi, & cum aliis hujusmodi rebus corporeis habituri commercium?* Hîc iterum Rabbini in diverſas abeunt partes, prout qvisqve diverſos habuit magiſtros, qvos ſeqvitur. Ut affirmantes primò audiamus, prodeat iterum *Saadias* noſter *l.c.* ita reſpondens in ſuis qvæſtionibus ad hanc qvæſtionem, qvæ ipſi ſexta eſt: והששית · אם יאכלון וישתון וישאו נשים ואומר כן כמו שבן הצרפית אשר החיהו הבורא

Qv. 4. An reſuſcitati ſint eſuri, bibituri, uxores ducturi &c.

Affirmat Saadias.

על ידי אליהו ובן השונמית על ידי אלישע אכלו ושתו ויתכן שנשאו נשים *Sexta* (qvæſtio) *eſt, an ſint comeſturi, bibituri, uxores ducturi? dico utiq;, ſicut filius Sarephtanæ, qvem vivificabat Deus per Eliam, & filius Sunamitidis, qvem per Eliſam, comederant, biberunt. & procul dubio uxores duxerunt.* Prodeat ejus Commentator *R. Moſes de Trana l.c. fol.* 112. *col.* 1. ita eum examinans & illuſtrans : ואין כל כך ראיה מאלו שחיו תוך כ״ד שעות לפרידת נפשם ושבו וחיו על ידי אדם אל מה שהיו קודם כי לא התעדנו ולא נתעלו במעט שעו' לשיוכלו לעמוד בלא אכילה ושתיה כי גם הגוף אשר קרבו עצם על עצמו במאמר האל יתברך ונקרם עליהם בשר ועלה גידים יהיה מוכן להתקיים כא' הגרמים השמימיים בנפש הנאצלת עליהם ועכ״ז נאמר שהם יכולים לאכול ולשתות כרצונם ולא תדירית אלא מהם מג' ימים לג' מהם מז' לז' ומהם מארבעים לארבעים כמשה רבינו שעמד מ' יום בלא אכילה ושתיה כל אחד כפי המדרגה שהשיג בזה העולם בזכך גופו לעבודת האל יתברך במצות עשה ובמצות לא תעשה כפי ערך זה יהיה גוף כל א' מהם יותר זך מחברו ויהיה ניזון לעצמו במעלת נפשו וגופו כמו שנז' כמה ימים לפי זכות כל א' ואולי כי גם המזונות גם כי יהיו מצמחי' ותבואת הארץ יהיו כאותו הזמן זכים ונקיי' מכל סיג ולא יהיה בהם שום רוע מזג להחליא את האדם או להעבות מזגו אלא יהיו מאכלים דקים רומים וקרובים

Moſ. de Trana.

Digitized by Google

וקרובים למזג המן הנין ומקיימים את גוף האדם
בסעודה א' לכמה ימים כי גם כי המן היה צריך
לאכול ממנה פעמים בכל יום היה זה ליוצאי מצרים
אשר זכרו את הדגה שהיו אוכלים במצרים חנם
אבל לקמים בתחיה כפי מורה שבארנו גם כי לא
יהיה המזון זן כמו המן ממש אלא קרוב לה יספיק
מעט מזון לכמה ימים כמו שנז' אבל לא ימלט
מהיותם אוכלים ושותים כרצונם לימים כמו שנז' כי
סוף סוף הם גוף וצריכים מזון תמורת מעט הניתך
מהם אפי' לנפש שנתעלית בגן ערן השוכנת עתידה
בגוף הזך שתחיה במאמר האל יתברך כי הגלגלים
ואף על פי שהם גשם אינם מדי יסודות אלא גשם
חמישי זך ודק ואין בהם שום התכה לשיצטרכו
למזון אפי' שיהיה מזון יותר דק מן המן שהיתה
מן השמים וגם מצד נפש הגלגל המעמידה
ומקיימת את הגלגל במאמר האל יתברך ומצד כי
הגשם של הגלגל הוא כולו גשם א' ספיריי אין בו
שינוי קצתו מקצתו אלא בגוף האדם שהוא מחובר
מבשר גידים ועצמות ורמ"ח איברים כל א' בפני עצמו
ולכן נפש הגלגל היא מתפשטת בכל גשם הגלגל
שוה בשוה ואין לה מקום מיוחד בגשם הגלגל
כי אין מעלה בקצתו יותר מקצתו ובזה כל גשם
הגלגל הוא מתקיים בנפשו ונפשו בו אבל נפש האדם
אפי'

Digitized by Google

אפי' הוה גופו זך בתכלית הוא מחובר מאיברי'
הרבה ומג' מיני' ואין לה משכן כי אם באבר
החשוב יותר מצד עצמו ומצד מקומו והוא בלב
וממנו ימשך למוח ויתפשטו כחותיו לכל האברי'
ולכן יצטרך אי זה מזון תמורת מה שניתך באברים
אשר אין משכנו בהם ויתכן כי בתחיה יום או
יומים יעמדו בלי מזון ויתקיימו בקיבול הנפש הבאה
בגוף זכה ומעודנה מעולם העליון ואחר כן תצטרך
לאי זה מזון רק וזך קצת זמן ויסתפק בו כדוגמת
ימי היניקה לוולד הניזון מחלב אמו ואחר כך יעתק
למזונו' אשר יהיה בימים ההם זכים מכל סיג כמו
שנז' למעלה מימים לימי' ויתהלך לפני ה' באורת
החיים ויהיו עיניו נגד ה' תמיד יזכה ולא יחטא
כי יוכל לכבוש את יצרו אשר יהיה כחוט השערה
בימים ההם כגדר הבשר אל האבן ויזדכך גופו
מיום אל יום עד סוף ימיו הארוכים ולא יצטרך
אלא למיעוט מזון עד אשר ישלים עצמו לגמרי
ברעותיו הטובו' ויזדכך גופו ותבטל מצרכי הגוף ויעתק
אל עולם הבא אשר אין בו אכילה ושתיה כלל:

• *Non ſatis bona eſt probatio* (deſumpta) *ab illis, qvi revixerunt intra 24. horas poſt animam ſeparatam, & vixerunt humanâ operâ, ad id qvod antea fuerunt reverſi. Nam non oblectatæ fuerunt, neq; ita evectæ animæ eorum paucis horis, ut reverſæ in corpora ſine cibo & potu ſubſiſtere potuerint; ſed tempore reſurrectionis per Deum benedi-*

ctum

Digitized by Google

ctum peragenda, fieri poteſt, ut poſtqvam animæ evectæ fuerint in Gan Eden & mundum ſuperiorem, poſſint conſervare & confirmare, corpora ſua ſine cibo & potu. Nam etiam corpus, qvando os iterum oſſi junctum eſt, & caro ſuperinducta cum nervis, aptum erit ut conſervetur inſtar corporum cœleſtium per animam illis infuſam. Dicimus itaq; poſſe eos edere & bibere pro lubitu, non autem ſemper, ſed ut aliqvi abſtineant tribus diebus, alii ſeptem, alii qvadraginta, inſtar Moſis doctoris noſtri 40. diebus ſine cibo & potu ſubſiſtentis, qvisq; ſecundum gradum, qvem puritate corporis in hoc mundo aſſecutus eſt, colendo Deum benedictum præceptis affirmativis & negativis. Juxta hanc diſpoſitionem erit uniuscujusq; eorum corpus purius alterius corpore, & ſuſtentabit ſe, prout excellit anima & corpore; (ut dictum eſt) tot diebus pro puritate cujusvis. Præterea alimenta etiamſi de germinibus & proventu terræ deſumpta fuerint, erunt illo tempore puriora, & munda ab omni ſcoria, neq; habebunt temperamentum malum, ut morbum homini inducant, aut ejus temperamentum reddant craſſius; ſed erunt alimenta tenuia, ſimiliaria, & accedentia propè ad temperamentum τοῦ man, qvæ alant & conſervent corpus humanum per unum prandium in multos dies. Nam licet de man ſingulis diebus bis edendum eſſet, pertinuit tamen hoc ad eos, qvi ex Ægypto exierant, & recordabantur adhuc piſcium, qvos in Ægypto gratis comederant; ſed reſuſcitandis, ut explicuimus, & inſuper qvia alimentum illud non alet propriè, ſed ferè ut manna, ſufficiet parum in multos dies, ut meminimus. Non tamen obſtat, qvò minùs eſuri ſint & bibituri interdum pro lubitu, ſicut meminimus; qvoniam (ſi omnia excutiamus) tandem ſunt corpora, indigentia alimento ſuccedente in locum ejus, qvod deceſſerat; etiam qvod ad animam attinet, qvæ evecta fuit in Gan Eden, nunc autem inhabitat corpus purum, qvod verbo Dei benedicti revixit. Nam ſphæræ (cœleſtes) qvamvis non ſint corpora ex 4. elementis compoſita, ſunt tamen corpus qvintum purum & tenue, nulli emanationi obnoxium, ut opus habeant alimento, ne tenuiore qvidem ipſo man qvod cœlitùs deſcendebat, ne qvidem ob animam orbis cœleſtis, qvæ conſervat & firmat illum verbo Dei benedicti, qvia præterea totum corpus ſphæricum eſt unum corpus ſapphi-

Digitized by Google

rinum ſimilare, ſed in corpore humano, qvod compoſitum eſt ex carne, nervis, oſſibus & 248. membris, unumqvodq; eſt per ſe; Ideoq; anima orbis diffunditur in omne ſphæræ corpus æqvaliter, ut nullus locus in illo orbe ſphærico ſit ſibi proprius, cum non uni ſe ingerat magis qvàm alteri; Atq; ſic totum corpus ſphæricum conſervatur per animam ſuam, & anima ejus per illud; aſt anima humana licet habeat corpus purum, tamen compoſitum eſt ex multis membris, & trium qvidem ſpecierum, neq; habitat niſi in membro primario ratione ſui, corde videlicet, unde protrahitur in medullam & vires ejus in omnia membra diffunduntur; ut propterea aliqvo alimento indigeat loco ejus, qvod membris deceſſit, qvæ non inhabitat. Rectè etiam aſſeritur, qvod in vivificatione die uno vel biduo ſubſiſtant, & conſerventur per receptionem animæ intrantis corpus mundum, & voluptatibus affectæ ex mundo ſuperiore; poſtmodum autem (corpus) alimento indigeat tenui & puro per aliqvod tempus, qvo ſuſtentetur, ſicut infans lactationis tempore, qvod alitur lacte materno; tùm accedat ad alimenta, qvæ erunt illo tempore, ab omnibus ſcoriis repurgata, ſicut ſuprà meminimus, pedetentim paulatim, & ambulet coram Deo in luce vitæ, oculiq; ejus jugiter ſint ad Deum directi, ut mundus ſit, nec peccet; ſiqvidem poterit ſupprimere concupiſcentiam ſuam, qvæ erit tunc inſtar pili capitis, acſi comparetur caro cum lapide (i. e. cum olim eſſet inſtar lapidis, erit nunc inſtar carnis), ut corpus ejus mundum ſit de die in diem usq; ad finem dierum longinqvorum, (qvibus vivet in terris), neq; opus habeat niſi pauco alimento, donec perficiat ſe in ſcientiis ſuis bonis, & corpus mundetur, ut non amplius neceſſariis ſuis præſidiis indigeat, transferaturq; ad mundum futurum, ubi omnis eſus & potus exulat. Hæc R. de Trana. Conf. etiam f. 112. col. 4. & 113. col. 1. ubi ait, homines iſtos eſuros de fructibus Gan Eden, qvibus veſcebatur homo primus, vel etiam Man, vel alio cibo, ſed non niſi tum temporis, cum non peccent. Qvod autem etiam generationem admittat, patet ex eod. f. 113. col. 2. ubi affirmat, qvod ההולדה
תהיה במחשבה טהורה וזכה מזרע זך ונקי משום
סיג מצד המאכל הזך לשיהיו הנולדים מוכנים
למעלות

Digitized by Google

למעלות המדות והשכליות *generationem futuram cogitatione puriore & magis munda, ob ſemen purum & mundum ab omni ſcoria. propter cibum purum, ut infantes futuri ſint apti ad alta progredi, ad virtutes & intellectualia;* Et *col.*3. ubi artes mechanicas in uſu fore aſſerit, ut liberis naſcituris veſtes confici & alia hujuſcemodi parari poſſint. Prodeat præterea ex ſuffragantium numero *R. Maimon*, qvi in *Epiſtola de Reſurr. Mortuor.* ita ſcribit: *R. Maimon.*

אלו האנשים אשר ישובו נפשותם לגופות ההם יאכלו וישתו ישגלו ויולידו וימותו אחרי חיים ארוכים מאד כחיים הנמצאים בימות המשיח *Illi, qvorum animæ in corpora redibunt, edent, bibent, concumbent, gignent, & morientur poſt vitam valdè diuturnam adinſtar ejus, qvæ Meſsiæ tempore erit.* Siſtat ſe etiam *R. AbenEſra*, qvi *in Dan.* 12. 2. ut ſuprà dictum eſt, ſcribit, reſuſcitatos ſe oblectaturos Levijathane, aveTziz & Behemoth, ac poſtmodùm denuò morituros. Accedat deniqve *R. Abarbanel*, qvi non ſolùm idem conſtanter affirmat, ſed & rationibus nonnullis evincere annititur, in *Nachal. Afoth rad.* 14. 1. *R. Aben Eſra.* *R. Abarbanel.* *Probans* 1.

Probat enim 1. לפי שאם קבלנו שהקמים בתחייה יהיו בלתי פועלי' באבריהם וחושיהם ויהיו נצחיים בעצמותיהם הנה אם כן לא היו הקמים בתחייה אותם עצמם אשר מתו כי גופותיהם ואבריהם אינם אותם. שהיו כי הם היו מתפעלים בטבעם פועלים במזגיהם כפי חומריותם נפסדים בטבעם ואמנם הגופים אשר יקומו יהיו מטבע אחר נצחי בלתי מתפעל מרבר ובלתי פועל בכחותיו וחושיו והוא אכ' מתחלף לטבע המת כהתחלף הגשם השמימי מהחמה הנפסד ותהיה זאת אם כן יצירה חדשה לא, תחיית המתים שכבר מתו: ſ. *Qood ſi doceamus, reſurrecturos nil eſſe actuiuos membris & ſenſibus ſuis, & in æternum*

ſua

Digitized by Google

ſua oſſa retenturos: ecce non forent illi ipſi, qvi erant morientes, qvoniam non iisdem corporibus & membris gauderent, qvippe qvæ erant naturâ paſſibilia, pro temperamenti conditione agentia, ratione materiæ corruptibilia. At corpora reſurgentia erunt alterius naturæ incorruptibilis, impaſſibilis, nec facultatibus ſuis & ſenſibus utentis, ac proinde à natura morientis diſcrepantis, ut diſcrepat corpus cœleſte à corruptibilibus hisce. Itaq; foret nova creatio, non reſurrectio mortuorum.

2. Probatur 2. ועוד כי אם היתה ההנאה שמזיו השכינה הרוחנית עצם היות שתתענג בה הנפש השכלית הנה הגופים לא יתענגו בה כלל לפי שכל חוש יתענג במוחשו המיוחד אליו לא במה שאינו ממינו וכל שכן מסוגו כי לא יתענג חוש הריח עם הקולות הנערכות כפי חכמת המו״שיקא ולא חוש הטעם עם המראים היפים ואם היה שכתחייה לא יהנה אדם מההנאות החושיות במה א״כ יתענג הגוף כי זיו השכינה אינו מוחשו: ſ. *Præterea licet voluptas, qva ibi fruentur, ſit à ſplendore majeſtatis divinæ ſpiritualis, qva delectari poſſit anima rationalis, corpora tamen planè non delectabuntur, cùm unusqvisq; ſenſus ſenſibili proprio oblectetur, non aliqvo, qvod cum eo non ſpecie, imò nec genere conveniat; uti odoratus è ſonis muſicis voluptatem non capit, nec guſtus è formis pulchris. Si ergò tunc voluptatibus ſenſitivis non afficietur homo, qva tandem re gaudebit corpus, cùm majeſtas divina ſenſuum ejus objectum non ſit.*

3. Probatur 3. ועוד יקשה לזה הדעת הספק אשר העיר עליו הרב הגדול משיהיו החושים והכחות לבטלה: *Adhuc obſtat huic ſententiæ dubium, qvod hac de re movit Magnus Doctor* (Maimon), *qvod ſenſus & facultates fruſtrà eſſent.* Præter illa allata argumenta affert *in Præf. in Eſ. rad.* 9. adhuc duo dicta Scripturæ, qvæ eò etiam, ut ſibi perſvadet, tendant. Ita enim pergit:

Probans porrò dictis Scripturæ.

וכבר

וכבר ביאר זה הנביא ישעיהו בנבואה הל"ה באמרו למען תינקו ושבעתם משוד תנחומיה למען תמוצו והתענגתם מזיו כבודה ואמר וראיתם וששׂ לבבכם ועצמותיכם כדשא תפרחנה להגיד שיזכו בתענוגים הגשמיים בארץ הנבחרת *Id qvod explicat Propheta Eſaias in prophetia 35.* (c. 66.11.) *dum ait : ut ſugatis, & ſatiemini ubere conſolationum ejus* (Hieroſolymæ); *ut exprimatis & delicias agatis è ſplendore gloriæ ejus ; & dicit* (verſ. 14. ibid.) *qvod cum videbitis, gaudebit animus veſter, & oſſa veſtra ut herba tenera refloreſcent, ut annunciet qvod corporeis voluptatibus in terra electâ* (Canaan) *digni habendi ſint.* Hi ſunt potiores *Rabbini*, qvi in affirmantiûm reperiuntur claſſe, qvi tamen licet omnes eſuros, bibituros & voluptatibus corporeis fruituros reſuſcitatos fateantur, adhuc parumper inter ſe diſſentiunt. *Eorum, qvi qvæſtionem affirmant, diſcrepantia.* Nam *R. Saadia* finitis iſtis voluptatibus eos vivos in ſeculum futurum translatum iri vult cum ſuo *de Trana*, *R. Maimon* illa membra corporea poſt aliqvot annos eſſe deponenda ſtatuit, qvibus in altero ſeculo, qvod tû ingredientur, planè non opus ſit. *Aben Eſra* autem morituros denuò, ſed revicturos cum ſuis membris autumat. *Abarbanel* etiam denuò morituros defendit, ſed poſtqvam vitam longævam vixerint. Hinc ait in *Eſ.* 65. 20. ולא הגיד הכתוב אם כן שיחיו האנשים כימי נח ומתושלח אלא אם נפרש אלה הפסוקי' על זמן תחיית המתים שתהיה קרובה לקבוץ גליות כי אז בלי ספק יתארכו ימי הקמים בתחייה לפי שאף על פי שיאכלו וישתו הנה יהיה כפי השכל ובדרך הנהגה טובה והקב"ה יחדש בהם מזג נאות ובלתי משתנה כי כמו שתהיה בריאת' דוגמת בריאת אדם הראשון עפר מן האדמה כן יחיו אז

L כחייו

כחיינו ועליהם אמר כי הנער בן מאה שנה ימות והחוטא בן מאה שנה יקולל ואמר גם כן כי כימי העץ ימי עמי *Non itaq; annunciat ſcriptura, victuros eſſe homines inſtar dierum Noachi & Methuſala, niſi explicemus verſiculos iſtos de tempore reſurrectionis mortuorum, qvod vicinum erit congregationi captivarum multitudinum. Nam tum ſine dubio prolongabuntur dies reſurgentium in reſurrectione, ſiqvidem qvamvis eſuri & bibituri ſint, illud tamen fiet prudenter & bonâ cum gubernatione, Deusq; benedictus innovabit in illis temperamentum pulchrum & invariabile; qvoniam ſicut creatio eorum ſimilis erit creationi hominis primi, qvi pulvis erat de terra: ita etiam vivent tunc ſecundum vitam ejus. De iis dicit, qvoniam puer centum annorum morietur, peccator etiam natus centum annos maledictus erit (v. 20.) Et dicit ſimiliter: ut dies arboris, dies populi mei (erunt v. 22.).*

Negat propoſitam qvæſtionem R. Meir.

Succedit claſſis altera Rabbinorum propoſitam qvæſtionem negantium. Hîc agmen ducit *R. Meir*, qvem divinum vocant, qvi cibum & potum ſpirituali loqvendi modo accipit, & in Contradicentes acriter invehitur, in ſuo *Afod. Haccod.* toties laudato, ubi *fol.* 54. *col.* 4. ita ſeſe explicat: וכבר ראינו כי זכי הנפש קיום גופם בדברים הדקים מאד ומי שהוא זך מן הזכים ויותר רוחני נזון ביותר דק ויותר זך מהם כי אנשי המדבר נתקיימו במן הנבלע באיברים שהוא תולדות האור והזיו העליון אשר היה יורד ומתגשם לצרכם להעלות נפשם ומאז נתעלתה נפשם במה שהשיגו על הים זכו אליו ואדון הנביאים שנעלה יותר מהם ונתיחד בידיעת בוראו לא הוצרך אל תולדת האור אבל נתקיים באור עצמו והוא זיו השכינה וגם אנחנו נאמין אמונת אומן בבני העולם הבא שיתקיימו באור ההוא קיום נצחי והוא קיום הרצון העליון ורוחו.

ורוחו בהם והוא קיימם והוא שרמז להם משה רבינו
ע״ה באמרו ויענך וירעיבך ויאכילך את המן וגו׳ למען
הודיעך כי לא על הלחם לבדו יחיה האדם כי על
כל מוצא פי י״י יחיה האדם ופירושו כי לא היה
המן מוטבע ומכוון אל טבעם ומזגם שיתקיימו בו כל
הזמן הארוך ההוא אבל הכוונה במזון ההוא להודיעם
כי הלחם ואף אם הוא שוה לטבעם ומזגם אין
החיות והקיום ממנו כי אם ברצון השם הדבק בו
ומקיים ולהעמידם על זאת האמונה האכילם את
המן שהוא מוצא פי י״י וכרוחו והיו מתקיימים
בו ואלו נזונו באור עצמו שהמן ההוא תולדות
ממנו יזכו אל העלוי בנפשם ואל הדבקות
באור ההוא עד שיתקיימו בגוף ונפש קיום נצחי
ובני העולם הבא שיזכו ליהנות וליזון באור
ההוא יקנו הנצחיות ויזכו אל הקיום בגוף ונפש :

Jam vidimus, qvod corpora illorum, qvi puram habent animam, conſerventur rebus valdè tenuibus, & qvi præ cæteris purus eſt & magis ſpiritualis, alatur re magis tenui & purâ. Nam qvi in deſerto vivebant, conſervabantur Man abſorptô in membris, qvod erat generatum à luce & ſplendore ſupremo, qvi deſcendit corpore veſtitus ad neceſſitatem eorum, ut eveheret animas eorum, & tunc evecta fuit anima eorum pro eo, atq; aſſecuti ſunt, ad fontem, qvo digni fuerunt habiti. Dominus autem Prophetarum (Moſes)*, qvi magis fuit evectus & ſingularis in cognitione creatoris ſui, non indiguit eo, qvod lux generarat, ſed conſervatus fuit luce ipſa, qva erat ſplendor majeſtatis divinæ. Etiam nos firmâ fide credimus, reſuſcitandos conſervatum iri luce iſtâ in perpetuum, perpetuitate ſc. voluntatis divinæ, ut ſpiritus ejus ſit in illis futurus, eos conſervans. Id qvod indicavit illis Mo-*

 ſes

ſes Doctor noſter p. m. dum dixit : Et affixit Te, ut eſurires, & cibavit Te Man &c. ut notum faceret tibi, non ſolo pane vivere hominem, ſed omni eo, qvod prodit ex ore Domini vivere hominem. (Deut. 8. 3.) *Senſus autem eſt, qvod Man non fuerit naturale qvid, nec ad naturam & temperamentum eorum ita directum, ut eo conſervarentur tanto tempore, ſed eò hic cibus tenderit, ut indicaret illis* (Deus), *qvod ex pane, etiamſi cum natura & temperamento eorum conveniat, vita & conſervatio non pendeat, ſed ex voluntate Dei conjuncta conſervante eos; utq; in hac fide eos firmaret, cibavit eos Man, qvod prodierat ex ore Domini per myſterium illud: ecce ego faciam, ut pluat vobis panis ex ipſo cælo* (Exod. 16. 5.), *& corpore veſtitum erat, qvo alebantur, perinde ac ſi alerentur eo, qvod prodierat ex ore Domini & ſpiritu ejus, atq; illo conſervarentur. Qvodſi alentur luce ipſâ, è qva Man illud generatum erat, digni habebuntur evectione animæ & conjunctione cum luce iſta, donec conſerventur corpore & animâ in perpetuum; & qvi ſeculum intrabunt futurum, atq; digni habebuntur, ut fruantur alanturq; illâ luce, acqvirent æternitatem, merebunturq; conſervationem animæ & corporis.* Cum qvo loco conferimus ea, qvæ extant *ibid. fol. 55. col. 3.* his verbis : ובויקרא רבה פרשה ך׳ ויחזו את האלהים מלמד שזנו עיניהם מן השכינה ויחזו את האלהים כארם שמביט בחברו מתוך מאכל ומשתה רבי יוחנן אמר אכילה ודאי כ״רא באור פני מלך חיים ובבני העולם הבא יהית האור ההוא חופף עליהם ודבק בהם תמיר באין הפסק ולזה יהיה הקיום בהם תמירי באין הפסק:

Probat R. Meir ſuam ſententiam ex Vajickra Rabba.

In *Vajickra Rabba ſectione* 20. Verba illa : *& viderunt Deum*, (& ederunt & biberunt Exod. 24. 11.) *docent, qvod aluerint oculos ſuos majeſtate divinâ, & intuiti fuerint Deum, qvemadmodum homo intuetur ſocium ſuum per cibum & potum*, (i. e. ut ſimul verè ederint; ita enim hanc traditionem à *Raſchi* repetitam intelligit *R. Ephraim* in *Celi Jacar* in h. l. & refutat ex eo, qvod aliàs debuiſſet dicere Moſes primo loco : & comederunt & biberunt, & poſteà ſub-

Digitized by Google

ſubjungere: & viderunt Deū. Atq; ſic verba ex *Vajitr. Rab.* allegantur, qvia à *R. Jochanan* de ſpirituali comeſtione ſtatim explicātur) *R. Jochanan dixit, hanc eſſe veram comeſtionē, juxta illud: In luce faciei regis vita eſt.* (Prov. 16. 15.) *Filiis autē ſeculi futuri obtinget lux illa, tegens illos, & jugiter, atq; indeſinenter cūm illis conjuncta, unde jugiter & indeſinenter conſervabuntur.* (Locum Ex. 24. urget etiam *R. Ephraim in Celi Jacar*, dum ait: מתוך שחזו את האלהים על כן היה דומה כאילו אכלו ושתו כי ראיית פני השכינה היתה אכילה שלהם *qvia viderunt Deum; viſi ſunt edere & bibere; qvoniam viſio faciei majeſtatis divinæ cibus eorum fuit.*) Imprimis autem huc pertinent; qvæ habentur *ibid. fol. 55. col. 4.* ubi, qvæ alii Rabbini literaliter accipiunt de convivio, poſt reſurrectionem inſtituendo; itidem eſſe de apprehenſione Dei accipienda docetur h. m. ובויקרא רבה פי"ג עתיד הקב"ה לעשות

Probat iterum ex Vajickra Rabba. it. Pircke Elieſeris, Bava Bathra, & Oſios Akiba.

לעבדיו הצדיקים סעודה לעתיד לבא וכל מי שלא
אכל נבלות בעה"ז זוכה לראותו לעולם הבא וכפ"ב
בהמה אחת רבוצה על אלף הרים ואלף הרים מגדלין
לה מאכל לאכילתן של צדיקים ובפרק וי"א מפרקי
ר' אליעזר בששי הוציא מן הארץ בהמות שהוא רבוץ
בהררי אלף וכו' והוא מוכן לסעודה גדולה של
צדיקים שנ' העושו יגש חרבו ובפרק המוכר את
הספינה עתיד הקב"ה לעשות סעודה לצדיקי מבשרו
של לויתן ובאותיות דרבי עקיבה מלמד שעתיד ישעיהו
לומר לפני הקב"ה בסעודתן של צדיקים בגן עדן
בשעה שהוא מרקד לפניהם רבונו של עולם רמה
ידך לא יבאו רשעים ויראו בטובתן של צדיקים
וכו' אשר יתבאר מכל זה כי בזכרם צדיקים
הכוונה שהתענוג העתיד לעולם הבא הוא בגוף

ונפש בגן עדן כי אז תהיה ההשגה שלמה ותגע עד האור הראשון שהוא החכמה העליונה:

Legitur in Vajickra Rabba Paraſcha 13. Deus benedictus paraturus eſt ſervis ſuis juſtis convivium futuro tempore, & qvicunq; non edit deciduos fructus in mundo hoc, dignus habebitur, ut videat eos in ſeculo futuro. It. in Paraſcha 12. Eſt beſtia una, qva extenditur ſuper mille montes, qvam mille montes cibant in cibum juſtorum. It. in cap. 11. ex capitulis R. Elieſeris: Die 6. produxit (Deus) *ex terra taurum Behemoth, qvi extenditur ad mille montes &c. eſtq; aptatus ad convivium juſtorum juxta illud: qvi fecit ipſum, adhibuit gladium ipſius.* (Job. 40. 14.) *It. in cap.* (85. in *Bava Bathra) Hammocer* & *Haſſephina: Facturus eſt Deus benedictus convivium juſtis ex carne Levijathanis: It. In Oſios R. Akiſa: docet Eſaiam prophetam dicturum coram Deo benedicto in convivio juſtorum in Gan Eden, tempore qvo ſaltabit coram illis: Domine [illegible] locum, ne veniant impii, & videant bonum juſtorum &c. Ex qvibus omnibus patet, qvod, qvando mentio juſtorum injicitur, innuatur voluptatem futuram ſeculi venturi ad corpus & animam pertinere in Gan Eden; ſiqvidem cum apprehenſio erit perfecta, & pertinget usq; ad lucem primam, qvæ eſt ſapientia cœleſtis ſuprema.* Poterit hîc etiam conferri *Buxt. in Lex. Talm. p.* 1128. qvi multa ibidem de Levijathane recitat. Qvamvis autem qvidam videantur literaliter hæc intelligere, noſter tamen *Ben Meir* ſpiritualiter accipit. Nam dicit hæc intelligenda eſſe de apprehenſione Dei perfecta, ex qva ad corpus etiam voluptas redundet. Qvin & in præcedentibus illam ſeſſionem convivii explicat, Deum ſcilicet ſeſſurum in medio, ceteros in circulo, ut qvilibet digito ſuo Deum monſtret. Qvæ ita interpretatur: circulum illum denotare nunqvam finiendam eſſe voluptatem illam, cum figura circularis initio & fine careat, qvia autem omnes fruituri ſint majeſtate divinâ, qvæ centrum ſit voluptatis, hinc dici Deum ſedere in medio, & omnes eum digito monſtrare. Eodem modo & cibi illi apponendi myſticè intelliguntur, juxta *R. Menaſſe Ben Iſraël l. 2. de Reſurr. mort cap. 19. p. 225.* Imò expreſsè *R. Meir. l. c. f. 55. col. 1. fin.* dicit de זיו העליון ſ. ſplendore ſupremo:

והוא

Digitized by Google

והוא אכילתם המקיימת אותם כי קיום הנפש והגוף אז יחד בהיותם זוכים ליזון מזיו הכבוד העליון כקיומם בעולם הזה באכילה ושתיה ויותר נעלה לאין חקר *qvi eſt cibus conſervans ejus, ſiqvidem conſervatio animæ & corporis tum fiet unà, dum erunt digni, qvi alantur ſplendore gloriæ ſupremæ, ſicut alebantur in mundo hoc cibo & potu, ſublimius tamen ut inveſtigari neqveat.* Atqve hac ratione *Meir* noſter inter eos numerandus eſt, qvi eſum & potum naturalem exulare in ſeculo futuro arbitrantur, & paululum ſubtilius præ cæteris ſentiunt, loqvunturqve. Alter in hac claſſe adducitur à *R. Abarb. in Nach. Af. Rad.* 14. *R. Nachman.* Dicitur enim docuiſſe שהקמים הר[illegible] בתחייה לא יאכלו ולא ישתו ולא יקבלו הנאות גשמיות כלל אבל יתענגו מזיו השכינה בגוף ובנפש : ſ. *reſurgentes non eſſe eſuros, nec bibituros, nec voluptatibus corporeis induituros; ſed è ſplendore majeſtatis divinæ corpore ſimul & animâ voluptatem percepturos.* Addit *Abarb. l. c.* זהו דעת הרב הנחמני ז"ל ואליו נטו רבני צרפת וגם רבים מחכמי ספרד האמינוהו כן : ſ. *Hæc eſt ſententia R. Nachm. p. m. cum qvo faciunt multi Doctores Galliæ, & multi Sapientes Hiſpaniæ credi illud volunt.* Sed *R. Nachmanidem* ita ſenſiſſe dubium videri poteſt, maximè cum ſcribat membra, qvibus reſuſcitati gaudebunt, eſſe לצורך השמושים הנזכרים *ad functiones memoratas præſtandas neceſſaria.* Inter conſentientes etiam eſt *R. Joſeph. Albo,* qvi *Iccar fol.* 145. *p.* 1. *l.* 3. *à fin.* ait : שאז יתקיימו הגוף והנפש יחד בלי אכילה ושתיה *tunc unà ſubſiſtere corpus & animam ſine cibo & potu.* Confirmatur deniqve hæc ſententia ex ipſo *Talmud tract. Beracoth c.* 2. his verbis : מרגלא בפומיה דרב לא כהעולם הזה העולם הבא תע"ה אין בו לא אכילה ולא שתיה ולא פריה ורביה לא משא ומתן ולא קנאה ולא שנאה ולא תחרות אלא צדיקים יושבים ועטרותיהם

Negat qvæſtionem porrò juxta Abarb. R. Nachman, & multi Doctores Galliæ & Hiſpaniæ.

Negat etiam R. Albo.

Negatur deniqve in Baracoth.

עטרותיהם בראשיהם ונהנים מזיו השכינה שנ׳ ויחזו את האלהים ויאכלו וישתו : ſ. *Dictum celebre fuit in ore magiſtri : Seculum futurum non ita ſe habet ut ſeculum præſens. In ſeculo futuro non eſt eſus, nec potus, nec liberorum procreatio, nec venditio, nec emptio, nec invidia, nec odium, nec contentio, ſed juſti ſedent coronas in capitibus gerentes, & voluptatem capiunt è ſplendore majeſtatis divinæ, ſicut dicitur :* (Exod. 24. 11.) *Et viderunt Deum, & comederunt, & biberunt.* Cum autem de ſenſu hujus dicti Talmudici oriatur controverſia, illud huic ſententiæ apprimè convenire docebimus verbis *R. Meir* in *Af. Hacc. fol.* 54. 3. ita contra *Maimonidem* directis : אליכם אישים אקרא הביטו וראו את העולם הבא אין בו גוף וגויה איך ישיאנו רב לדברים בטלי׳ כאמרו לא כהעולם הזה וכו׳ העה״ב אין בו לא אכילה וכו׳ ומי לו ידע כי דיעת רב בכל אלה השמושין שאינן אלא לגוף ואם אין שם גוף בטלו כל שמושין וכי דברי׳ בטלים בא להשמיענו ומאי מרגלא בפומיה אבל אם קבלנו שיש שם גוף וגוייה הנה החדוש שבא רב להשמיענו גדול מאד שעם שיש שם גוף וגויה אין שם שמוש משמושיו לפי שאינו צריך בקיומו לאכילה ושתיה כי אם בדבקותו בשרשו ואז יחול עליו האור העליון ויקיימנו בסוד באור פני מלך חיים והוא אמרו אלא צדיקים יושבים והישיבה הזאת היא הקיום הנגזר בהם ועטרותיהם בראשיהם היא עטרת תפארת המקיים אותם והיא השמחה שנ׳ ושמחת עולם על ראשם וכו׳ : *Vos alloqvor, viri, intuemini & videte. In ſeculo futuro non eſt corpus nec corporeitas,* (qvod erat *Maimonidis* ex hoc loco

loco aſſertũ) *qvomodo ad res vanas Raf* (in *Berach.* citatò) *nos ſeduceret, dũ dicit: In ſeculo hoc &c. in ſeculo futuro non eſt eſus &c.* (qvaſi verò, ſi Diis placet.) *Qvis n. neſcit voluiſſe illis functionibus Raf, qvod non niſi ad corpus pertineant, & ſi ibi non eſt corpus, ceſſarent illæ functiones. Qvomodo a. res vanas nobis proponeret, & tamen dicitur dictum celebre fuiſſe in ore ejus. Qvodſi accepimus eſſe ibi corpus & corporeitatem, nihilominus innovatio qvam nobis Raf proponit maxima eſt. Licet enim ſit ibi corpus & corporeitas, non tamen ulla adeſt functio, qvâ fungatur, qvia non reqviritur ad conſervationem ejus cibus & potus* (naturalis), *ſed adhærere tantùm debet principio ſuo, ut maneat ſuper illud lux ſuprema, illud conſervans in myſterio, de qvo dicitur: in luce faciei regis vita eſt* (Prov. 16. 15.) *Hoc eſt, qvod dicitur: ſed juſti ſedent, (ſeſſio autem indicat conſervationem ſuper illos decretam) & habent coronas in capitibus ſuis, ubi corona illa decoris intelligitur, conſervans illos, lætitia videlicet, juxta illud: lætitia perpetua erit ſuper caput eorum* (Eſ. 51. verſ. 11.) *&c.*

§. 8. Qværitur qvinto loco: *Qvomodo reſuſcitati in ſeculum futurum transferantur?* Hæc qvæſtio inter qvæſtiones *Saadiæ* ſeptima eſt, qvam ita movet: והשביעית איך יעתקו אל העולם הבא אשר אין בו אכילה ולא בעילה וכבר נהגו בכם בעולם הזה ויחיו ואומר כמו שנהג משה רבינו עליו השלום האכילה והשתיה והבעילה ועמד בלעדיהם ארבעים יום בהר סיני ג׳ פעמים וחיה כמו שכתוב בתור: *Septima eſt, qvomodo transferantur in ſeculum futurum, ubi eſus & connubium exulant, qvibus in hoc ſeculo erant aſſvefacti, & tamen vivant? Dico, ſicut Moſes magiſter noſter (ſuper qvem ſit pax) erat aſſvefactus eſui, bibitioni, & connubio; nihilo tamen minus ſine illis ſubſiſtebat in monte Sinai 40. diebus tribus vicibus, & vivebat ceu narratur in lege.* Qvæ ita explicat *Moſes de Trana l. c. f. 112. col. 2.*

Qv. 5. Qvomodo reſuſcitati in ſeculum futurum transferantur? Reſponſio Saadiæ.

Reſponſio Moſis de Trana.

M את

את זה כתב הגאון על סברתו בתשובה שאלה השנית שלא ימותו בני התחייה כאמרם ז״ל מתים שעתיד הב״ה להחיות אינם חוזרים לעפרם וגם כי שקול משה כנגד ישרא׳ ואם הוא עמד בהר מ׳ יום בלא אכילה ושתיה מי כמוהו נאדר בקדושת הגוף ע״כן בזמן התחיה שיתבטל רוב יצר הרע מכל האנשים הקמים בתחיה כל א׳ מהם יכול לזכך גופו עד שבאחרית ימיו יעתק אל ע״ה ויעמוד בלי אכילה ושתיה ושאר צרכי הגוף: *Hoc ſcripſit Gaon juxta ſententiam ſuam adductam in reſponſione qvæſtionis ſecundæ; qvòd non morituri ſint reſuſcitati juxta illud Rabb. p. m. mortui, qvos Deus benedictus vivificaturus eſt, non revertentur in pulverem ſuum. Prætereà Moſi æqviparatur Iſraël* (à Saadia). *Licet autem ille ſubſtiterit in monte 40. diebus ſine cibo & potu, ecqvis tamen ad tantam ut ille ſanctitatem corporis aſcendit? Itaq; tempore reſurrectionis qvo concupiſcentiâ pravâ maximam partem carebunt homines reſurgentes, poterit unusqvisq; mundare corpus ſuum, ut finito ſuo tempore transferatur ad ſeculum futurū, ubi ſine eſu, potu, & cæteris corporis præſidiis ſubſiſtat.* Videtur ergò *Moſ. de Trana* firmiorem voluiſſe ſubſtituere probationem illius aſſerti: qvòd homines reſuſcitati, poſteaqvam per aliqvot annos in terris vixerint, vivi ſint ad ſeculum futurum transferendi, petitam videlicet à concupiſcentiæ pravæ maximam partem abſentia. Nam ſtatuunt Rabbini in ſeculum futurum (qvod juxta illos poſt mille annos in terrâ exactos obtingit) non niſi transferri illos, qvi mereantur, indeq; vivere prius tot annis debere in terris, ut facilius hoc meritum aſſeqvantur. Qvod ſi autem concupiſcentiâ pravâ non magnoperè infeſtabuntur, utpote tum temporis ſubactâ jam & penè enectâ, facilius ad ſeculum futurum à peccatorum ſordibus mundi aſcendent. Moſis autem exemplum urgeri non vult, cum ille multis in rebus aliis excelluerit, in qvibus cum eo comparari nemo debeat. Cùm autem

ſtem ſimul addat *de Trana* hanc qvæſtionem decidi à *Saadia* ex reſponſione qvæſtionis: *an reſuſcitati iterum ſint morituri*; hinc patet, ſi aliorum Rabbinorum ſententiam audire lubeat, ad illam qvæſtionem nobis eſſe recurrendum. Itaqve illi omnes, qvi non morituros aſſerunt reſuſcitatos, ut cum cæteris *R. Meir*, *R. Joſua Ben Levi*, *R. Chanina*, *R. Nachman*, *Aaron Levita*, *Salomo Bar Nathan*, *& alii*; illi, inqvam, credunt eos iſtis mille annis ſatis mundatum iri, ut evehantur ad gloriam illam futuram, ſive corporalibus cibis ſive ſpiritualibus veſcantur. Qvi autem morituros aſſerunt, ut *R. Maimon*, *Aben Eſra*, *Jehuda Zabara & alii*; illi per mortem illam ſecundam eos ita mundatum iri, ut in cœlo coram Deo comparere audeant, arbitrantur. Utraqve tamen claſſis in eo convenit, dum participes futuros illius ſeculi tradit. Qvomodo autem cum impiis agatur, qvi nil meruerunt, nec per mortem illam ſecundam mundari poſſunt, utpote qvæ munditiei, cui in vitâ illâ novâ poſt reſurrectionem ſtuduerunt, complementum tantum eſt, qværi hîc itidem poſſet, & qvorſum illi transferendi? Sanè in gaudium illud æternum translatum iri, Rabbini nolunt, ſed poſteaqvam judicati fuerint, vel in Gehinnom detrudi, ut in ſeqq. dicetur pluribus, vel, qvi nihil hîc definiunt, eos planè non reſurrecturos volunt, ut anteà dictum eſt.

Reſponſio aliorum ſummatim.

§. 9. Ut itaqve progrediamur, qværitur ſexto loco: *An reſuſcitati ſint electuri cultum?* ſ. An Deum ſint culturi, an verò ſecus? *R. Saadias* hanc qvæſtionem inter ſuas qvæſtiones octavo loco ita proponit: והשמינית כיון שהמחיים בימי הישוע הם מונחים לבחירתם בעבודה שמא יבחרו במרי ולא יהיו בעולם הגמול אשיב בזה שמשיבים כל עמנו המון המאמינים בענין הצדיקים בעולם הבא כיון שהם בוחרי בעבודה ולא במרי שמא יבחרו במרי ואומר כי היודע מרה שיהיה קודם שיהיה לא הבטיח הצדיקים שבעולם הבא בגמול המתמיד אלא

Qv. 6. An reſuſcitati ſint electuri cultum?

Reſponſio Saadiæ.

אלא לדעתו שהם בוחרים בעבודה ולא במרי כן אומר
אחר שהוא יודע מ״ה שיהיה לא הבטיח התחיית
המתים לצדיקי ישראל עד שידע כי בימות המשיח
יבחרו בעבודה ולא במרי: *Octava* (qvæſtio) *eſt, cùm liberum ſit reſuſcitatis tempore ſalutis eligere cultum, an fortasſis ſint rebellaturi, neqve ingreſſuri ſeculum, ubi accipiant mercedem? Reſpondeo ad hoc plerosq; reſpondere, qvi credunt juſtorum conditionem in ſeculo futuro: qvandoqvidem eligebant* (antea) *cultum, non autem rebellionem, fortasſis* (nunc) *electuros eſſe rebellionem. Sed dico, qvod ille, qvi novit res, anteqvam fiant, non promiſiſſet juſtis in ſeculo futuro mercedem continuam, niſi ſcivisſet illos amplexaturos cultum, non autem rebellionem. Ita dico eum, poſteaqvam novit futura, non niſi juſtis ex Iſraëlitis promiſiſſe reſurrectionem mortuorum, adeò ut ſciverit tempore Meſſiæ illos amplexaturos cultum, non autē rebellionem.* Itaq; *R. Saadia* nititur in ſua reſponſione illâ hypotheſi, qvâ dicitur, ſolos juſtos reſurrecturos; Tum etiam concludit: qvia Deus prævideris, illos conſtanter ſe culturos E. etiam ita evenire debere. *R. Moſes de Trana l. c. f. 112. col. 2.* aſſerit, hanc *Saadiæ* reſponſionem ita intelligendam eſſe, qvòd Deus juſtis revivificationem promiſerit, eò qvòd maximam partem ſint amplexaturi cultum, qvodſi autem aliqvi non ſint amplexaturi, ceu Deus prævideat, eos nec reſuſcitatum iri. Ipſe autem *de Trana* prolixus eſt in recenſendis omnibus circumſtantiis, qvibus reſuſcitati Deum ſint culturi. 1. Qvod attinet ad Legem oralem & ſcriptam, cum illa ait *fol. 114. col. 2.* acturos eſſe homines triplici ratione, vel uno ex tribus modo. (1) ut vel omnium eorum ſint recordaturi, qvæ de lege in hoc mundo didicerant, inſtar dormientis, qvi evigilans omnium rerum recordetur, ſeu ut ejus verbis utar: בכלל זה יזכרו כל מה שלמדו
בתורה בעולם הזה Vel ut (2) כי גם שלא יזכרו מה
שלמדו בזה העולם יהיה נקל להם ללמוד מה
שכבר

Reſponſio Moſis de Trana.

De legis oralis & ſcriptæ ſciendi modo.

שכבר למדו בזה העולם כי האדם שלמד ענין ושכחו יהיה נקל עליו לחזור ללומדו: *etiamſi homines non recordati fuerint eorum, qvæ didicerunt in hoc mundo, facilè tamen addiſcant, qvod jam anteà in hoc mundo ſciverunt, ſiqvidem homo, qvi aliqvid didicit & oblitus eſt, facilè iterum illud diſcit.* Vel (3) ut יקומו בחכמה נפלאה כל א׳ בערך הכנתו והשגתו שהיה לו בעולם הזה: *reſurrecturi ſint cum admirabili ſcientia* (qvalem habuit Adamus, ceu dicitur in præced.) *pro diſpoſitione tamen & apprehenſione cujusq;, qvam habuit in hoc mundo.* 2. Qvod ad libros biblicos attinet, addit *fol. 114. col. 3.* וגם ימצאו ספרי התורה ונביאים וכתובים אשר יהיו באותו הזמן ומהם ילמדו תורה שבכתב ותורה שבעל פה כפי מה שהוא רמוז בה כפי שלמדו החכמים שבדור ההוא ואליהו ז״ל ימצא בפרסום בזמן ההוא אשר הוא תשבי יתרץ קושיות והויות והוא ישיב לב אבות על בנים ולב בנים על אבותם בכל הדברים וכו׳: *Etiam invenient* (homines) *libros legis Prophetarum & Hagiographorum, qvi tum temporis aderunt, & ex illis diſcent legem ſcriptam & oralem, juxta illud, qvo illa collimat, prout docuerunt ſapientes iſtius generationis; Elias qvoq; Thisbites manifeſtabitur tempore illo, qvi ſolvet dubia, & convertet cor parentum ad filios; & filiorum ad patres illorum in omnibus rebus* &c. (Mal. 4. 5.) 3. Qvod attinet ad preces & benedictiones, retinebuntur qvidem libri precum, ſed tamen preces erunt paululum immutandæ; cum qvæ in iis de Meſſia, reſurrectione mortuorum, liberatione à jugo gentium &c. extent, tum temporis amplius recitari non poſſint. Hoc eſt, qvod dicit *fol. 116. col. 1.* נמצא כי כל הברכות ונוסח התפלות

De libris biblicis.

De precibus & benedictionibus.

יהיו קיימים זולת מעט צריכות מעט תיקון וכן היו מעולם מזמן מרע"ה כמו שסדר הוא ברכת הזן ויהושע ברכת הארץ ודוד ושלמה בונה ירושלים לא תקצר ידם מלסדר ברכות המצוה וכו': *Patet omnes benedictiones & omnia exempla precum manſura eſſe, niſi qvod parumper indigeant pauxillâ diſpoſitione. Ita à tempore Moſis magiſtri noſtri (ſuper qvem ſit pax) factum eſt, qvi diſpoſuit benedictionem Hasſan, & Joſua* (dispoſuit) *benedictionem Haaretz, & David ac Salomo* (benedictionem) *Bone Jeruſchalaim; non decurtata eſt manus eorum, qvo minus tum etiam diſponant benedictiones præcepti* &c. Illæ autem preces tum temporis habebunt majorem excellentiæ gradum, qvam habebant recitatæ in liberatione Iſraëlitarum vel tempore, qvo adhuc templum ſuſiſtebat, idq; ex hac ratione (ib. col. 2.) כי אז היו צריכים להתפלל על ביאת המשיח בקץ הימין ועל תחיית המתים כמו שכתבנו ואחר הגאולה והתחיה לא יצטרכו לשום דבר אלא להודות לאל יתברך על מה שעבר ולהללו על ההוה: *qviá tum neceſſe erat precari pro adventu Meſſiæ ultimis temporibus, & reſurrectione mortuorum, ſicut meminimus. Poſt redemptionem autem & reſurrectionem nullâ re opus erit, niſi ut Deus benedictus laudetur ob præterita & præſentia.* Ita vidimus mentem *Moſis de Trana*, in recenſendis circumſtantiis, qvibus homines Deum ſint culturi. Qvæ penitior in circumſtantias inqviſitio eum deniqve eò perduxit, ut etiam mechanicos operam daturos legi aſſereret ſcribens: *fol. 113. col. 3.* ויעסקו בתורה אפי' בעלי מלאכה ואומנות *dabunt etiã operam legi homines operarii & mechanici.* Accedimus hoc dimiſſo ad divinum illum *R. Meir*, qvi in ſuo toties laudato libro *Afod. Haccod. fol. 52. col. 4.* ita huic ſententiæ ſubſcribit: ולזה רמזו רבותינו ז"ל בתעניות פרק ראשון באמרם

Reſponſio R. Meir.

באמרם שמפתח תחיית המתים בידו של הקב"ה ולא נמסרה ביד שליח שנ' וידעתם כי אני יי" בפתחי את קברותיכם וסוד הכתוב כי בזמן התחיה ידעו דעת שלמה את יי" כי יסור המסך המבדיל והיא זוהמת הנחש בסבת יצר הרע אשר בו יבערו ויכשלו מלדעת ומהכיר את השם הגדול ובזמן התחיה בהסתלק המונע תרבה הדעת את יי" כמים לים מכסים :

Hoc innuerunt Rabbini noſtri p. m. in Taanijoth cap. 1. cum dixerunt; clavem reſurrectionis mortuorum eſſe in manu Dei benedicti, non autem eſſe traditam in manu legati, juxta illud: & cognoſcetis me eſſe Dominum, dum aperiam ſepulchra veſtra (Ezech. 37. 13.) *Qvod dictum hoc vult; qvod in reſurrectione mortuorum agnituri ſint agnitione perfectâ Dominum; ſiqvidem aberit tegumentum interſtingvens, ſcilicet inqvinamentum ſerpentis, cauſante concupiſcentiâ, qvâ homines obbruteſcunt & impingunt; ne ſciant & cognoſcant Deum magnum; tempore autem reſurrectionis ſublato prohibente augebitur cognitio Dei inſtar aqvarum mare operientium.* Progredimur ad *R. Don Iſaacum Abarbanelem.* Ille itidem præſupponit, Deum poſt reſurrectionem colendum eſſe, & hinc omnes idololatriæ ſpecies ceſſaturas ait in *præf. in Eſ. radic. 13.* qvam ita orditur:

Reſponſio Abarbanelis.

השרש הי"ג שבדור התחייה יתבטלו כל מיני ע"ז וכל מיני צלמים ופסילים מן העולם כי יגידו להם הקמים שעל זה נכהם עונם. ועל זה אמר הנביא ישעיהו באותה נבואה שנית והאלילים כליל יחלוף ואמר ביום ההוא ישליך האדם את אלילי כספו ואת אלילי זהבו אשר עשו לו להשתחות לו לחפורפרות ולעטלפים לבא בנקרת הצורים ובסעיפי הסלעים מפני פחד ה' ומהדר גאונו בקומו לערוץ הארץ ומאשר סמך אליו חרלו

הדלו לכם וגו׳ ראוי שיפור גם כן על אמונת ישו
שיחדלו מהאמין בו ומהנמשך אחריו כי אדם היה
כאח ממנו אשר נשמה באפו ובמ׳ נחשב הוא ועל
זה עצמו אמ׳ בנבוא׳ הכ׳ מכנף הארץ זמירו׳ שמענו
צבי לצדיק וגו׳ כי כנף יאמר על הסתר כמו שבאך
הרב המורה ע״ר ולא יגלה כנף אביו ויאמרו האומות
שמסתר הארץ והם המתים הקמים שהיו נסתרי׳ בה
זמירות שמענו שהיו אומרים צבי לצדיק ר״ל שבעולם
הנשמות יהיה שכר גדול וצבי רב לצדיק שהוא
ישראל ולכן יקוננו האומות ויאמרו רזי לי רזי לי אוי
לי שבוגדים בגדו והם מניחי דתותיה׳ וכן חכמיה׳
שבאו אחריה׳ בגד בוגדי׳ בגדו כי כלכם בגדתם
בכם במה שהסבו לכם אחורנו בשקר אמונתכם :

Radix decima tertia eſt, qvòd in generatione reſurgentium ceſſaturæ ſint omnes idololatriæ ſpecies, omnesq; ſpecies imaginum & fuſilium ex mundo, ſiqvidem annunciabunt illis reſurgentes, propterea auro obductam eſſe ſuam iniqvitatem (phraſis petita eſt ex Jerem. 2. 22.) *Propterea dicit Eſaias in illa prophetia ſecunda: & idolorum* (celſitudo) *penitùs transmeabit* (Eſa. 2. 18.) *& dicit* (ib. v. 20.) *tempore illo abjiciet homo idola argentea ſua, & idola aurea ſua, qvæ fecerunt ſibi ad incurvandum ſe* (illis), *talpis & veſpertilionibus; ingrediendo* (v. 21.) *in cavernas rupium, & in ſcopulos petrarum propter pavorem Domini, & propter decorem excellentiæ ejus, cùm ſurget ad violenter exagitandam terram; Præterea qvod annectitur ibidem: abſtinete vos* &c. (v. 22.) *poterit ſimiliter explicari de fide in Jeſum, qvod abſtinere debeant, qvò minus in illum credant, & ut ab eo* (abſtineant) *qvi illum ſeqvitur, qvoniam homo fuit ſicut unus ex nobis, cui halitus eſt in naſo ipſius; nam qvanti æſtimandus eſſet?* (En blaſphemiam virulentam! Qvomodo itaqve Judæi ſe non

non blaſphemare in ſuis libris Jeſum noſtrum aſſerere audent. Ita ad eundem locum in *Kimchio in exemplari MSS.* legitur:

וכן הנוצרים עושים צלם בצורת ישו הנוצרי ובצורת שתי וערב של כסף *atq; ita Chriſtiani faciunt imaginem, figurâ Jeſu Nazareni, & figurâ crucis, ex argento & auro,* qvæ in Bibliis Baſilienſibus caſtrata ſunt.) *Et de hoc ipſo ait in prophetia 20.* (cap. 24. 16.) *ab ora terræ Pſalmos audivimus, decorem* (eſſe) *juſto* &c. *Nam* כנף (ora) *dicitur de abſcondito explicante magno Doctore* (perplexorum, ſc. Maimonide) *juxta illud: ne retegito oram patris ſui,* (Deut. 22. 30.) *& dicent populi, qvi ſunt ex abſcondito terræ, mortui ſcilicet reſurgentes, qvi fuerant in ea abſconditi: cautiones audivimus, dum dixerunt: decorem* (eſſe) *juſto, q. d. in mundo animarum futuram mercedem magnam, & decorem amplum juſto i. e. Iſraëli; propterea lamentabuntur populi dicentes:* (Eſ. 24. v. 16.) *macies* (eſt) *mihi, macies mihi, hei mihi, qvia perfidi perfidè egerunt, qvi ſunt illi, qvi dereliqverunt ſuas conſtitutiones & ſapientes eorum eas ſeqvuti perfidiâ & qvidem perfidiſſimâ perfidè egerunt: ſiqvidem omnes perfidè egerunt, dum averterunt cor ſuum retrorſum falsâ fide ſuâ.* Hæc *R. Abarbanel*, qvi ex hac qvæſtione affirmatâ duo nectit conſeqventia. Primum eſt, omnem ſuperbiam tum temporis ceſſaturam, cùm videant homines non niſi unum Deum colendum eſſe. Ita autem mentem ſuam explicat *præf. in Eſ. rad. 11.* והשרש הוא שברור התחיה תבטל מבני אדם הגאוה וכל גסות הרוח כי בראותם הקמים בתחיי' יכניעו לבב וידעו שמעשיהם תהו ומחשבותיהם הבל מעשה תעתועי' ושהצלחה והאושר כלו איננו כי אם בשלימות האמונה לקרוא בשם ה' ולעברו ולכן יבזו בעיניה כל כבוד ומעלה יכירו וידעו שאין שלטון ביום המות וכבר באר זה ישעיהו

R. Abarb. ex qvæſtione hac duo nectit conſeqventia. Primum eſt, omnem ſuperbiam ceſſaturam.

ישעיהו בנבואה הב׳ בפרשת כי יום לה׳ צבאות על
כל גאה ורם וגו׳ ושח גבהות האדם ושפל רום
אנשים ונשגב ה׳ לבדו ביום ההוא: *Radix undecima eſt, ceſſaturam in generatione reſurgentium ab hominibus omnem ſuperbiam & elationem animi; Cum enim videbunt homines, eos, qvi reſurgent in reſurrectione, demittent animum ſuum, & agnoſcent opera ſua inania, & cogitationes ſuas vanas ac erroribus ſcatentes; felicitatem autem & beatitudinem omnem non eſſe niſi in fide perfecta ſitam, ut invocetur nomen Dei colaturq́;. Ideoq; ſpernent omnem honorem & gloriam, agnoſcent atq; intelligent, non eſſe dominium tempore mortis. Id qvod jam explicuit Eſaias in prophetia ſecunda, in ſectione: qvoniam dies eſt Domino exercituum ſuper omnem altum & elatum &c. tunc deprimetur homo altus, & demittetur celſitudo hominum, & elatus erit dominus ſolus die illa* (c.2. v.12. & 17.) Alterum, qvod ſeqvi ex hac qvæſtione vult *Abarbanel*, eſt, magiſtratum politicum tum ceſſaturum, ut ita honor omnis ſoli Deo deferatur, qvi juſtitiam ipſe ſit adminiſtraturus. Verba ejus hæc ſunt *præf. in Eſ. rad.*12.

Alterum eſt, magiſtratum politicum ceſſaturum.

והשורש הי״ב שבדור התחיה
לא יהיו עוד מלכים ולא שרים בין בני אד׳ אבל יהיו
כלם שוים כמו שהיו בתחלת הבריאה בדור אדם
כי לא יצטרכו למלכים לא לענין המלחמות לפי
שיהיה שלום בארץ באין מחריד ולא לענין משפט
כי המשפט לאלקים הוא והיה ה׳ למלך על כל הארץ
וכבר נבא גם זה ישעיהו באותה פרשה שנית באמרו
כי מציון תצא תורה ודבר ה׳ מירושלם ושפט בין
הגוים והוכיח לעמים רבים וגו׳ וכתתו חרבות לאתים
וגו׳ ולא ישאו גוי אל גוי חרב ולא ילמדו עוד מלחמה
Radix duodecima eſt, qvod ætate reſurrectionis non amplius futuri ſint reges & principes inter homines, ſed omnes futuri æqvales,

ſicut

ſicut erant initio ætate Adami. Nam non indigebunt regibus, qvod ad bella attinet, qvia erit pax in terra, nemine perterrefaciente; neqve qvod ad juſtitiam attinet, qvæ Deo competit, qvi erit rex ſuper totam terram. De qvo Eſaias vaticinatus eſt in illa ſectione ſecunda, qvando dixit: Nam ex Tzione egredietur lex, & verbum Domini ex Hieroſolyma. Et judicabit inter gentes, & arguet populos multos &c. & contundent gladios ſuos in ligones &c. neq; tollet gens contra gentem gladium, neq; diſcent amplius bellum, (Eſ. 2. 4.). Deniqve qvomodo *Rabbi Levi Ben Gerſom* ad datam qvæſtionem reſpondeat, percipiamus. Ita autem commentatur in *Dan.* 12. 2. (qvi commentarius habetur in *Bibliis Bomberg. Venetiis impresſis*): *Reſponſio R. Levi Ben Gerſom.*

והנה אלו המתי' שיחיה אז השם יהיה מנהגם וטבעם
כמנהג שאר האנשים והוא שמעשיהם הם בבחירתם
ולזה ספר שקצתם יקח מהשלמות מה שיזכו בו אל
החיים הנצחיים וקצתם ירחקו מהשלמות והם הרשעים
עד שיהיו לבזיון ולכלוי מתמיד ולא יהיה להם חלק
בטובה והנה האנשים המשכילים יאירו עיני זולתם
כזוהר הרקיע שישים העינים כלם רואות כן ישפיעו
אלו לכל האנשים אז עד שכבר תמלא הארץ דעה
את ה' כמים לים מכסים והנה מצדיקי הרבים אז
יהיו רבים ככוכבי. לעולם ועד ואז יהיה דרך אל
שתמשך תמיד האמונה האמתית לא תסור וזה שכבר
לא יהיה שם אמונה אחרת וימצאו רבים מישרים
זאת האמונה האמתית בכל דור ודור תמיד: *Ecce*

illorum mortuorum, qvos tum vivificabit Deus, conſvetudo & natura erit ſimilis conſvetudini reliqvorum hominum, ut opera eorum ſint in ipſorum futura arbitrio. Hinc narrat (propheta) *qvod aliqvos illorum* (Deus) *ab integritate,* (à perfectione) *prout digni fuerint, ſit translaturus ad vitam æternam; aliqvi autem ſint removendi ab iſta*

integritate, impii videlicet, donec futuri ſint contemptui & perditioni æternæ, neq; futura illis ſit portio in bono. Ecce autem homines erudientes illuſtrabunt aliorum oculos inſtar lucis firmamenti, quæ omnium oculis ſe ingerit; Perinde illi influent in homines omnes tum temporis, ut terra plena futura ſit ſcientiæ divinæ, inſtar aqvarum mare operientium. Ecce autem illi, qvi ad juſtitiam erudient multos, erunt numeroſi inſtar ſtellarum in omnem æternitatem, protrahetur q; tùm Dei ductu perpetuò fides vera, ac non recedet, invenientur q; multi, qvi rectam pronuntient hanc fidem veram in omni generatione perpetuò.

Rabbinorum ad hanc qvæſtionem reſpondentium inter ſe diſcrepantia.

Cùm igitur qvatuor audiverimus ad datam qvæſtionem reſponſiones Rabbinorum, qvæ inter ſeſe convenire qvodammodò videntur; hinc, in qvo differant, adjiciemus. Scilicet *Saadias* & *R. Moſes de Trana* omnes homines reſurrecturos Deum eſſe culturos autumant, nitentes ſuo principio, qvòd ſoli juſti ſint reſuſcitandi, & ii qvidem, qvos Deus norit in reſurrectione ſe culturos, qvi ſine dubio Deo ſint etiam alterâ in vitâ adhæſuri. Cùm autem illi duo Rabbini poſſe juſtos etiam rebellare Deo admittant, ſiqvidem adhuc dum peccatis ſint aliqvomodò futuri obnoxii: hinc *R. Meir* itidem Deum colendum eſſe adſtruens, ſimul peccatum defuturum affirmat, ut citius, qvod vult, obtineat. *R.* autem *Abarbanel* & *R. Levi Ben Gerſom* à cæteris in eo diſcrepant, dum etiam impios reſurrecturos dicunt, atqve ſic non omnes, qvi reſurgent, culturos Deum, qvæ reliqvorum erat ſententia, ſed qvosdam ſolummodò arbitrantur.

Q. 7. An, qvi Deum colent in reſurrectione mortuorũ, ejus rei ſint accepturi mercedem?

§. 10. Horum etiam mente perceptâ ſatis, qværitur ultimo loco: *An, qvi DEUM colent in reſurrectione mortuorum, ejus rei ſint accepturi mercedem?* Hæc qvæſtio inter qvæſtiones *Saadiæ* nona eſt, qvam ita inchoat:

Affirmat Saadias.

והתשיעית אם יש להם על העבודה ההיא אשר בימות המשיח גמול ואומר כן כאשר לצדיקים בעולם הזה גמול על עבודתם כן יהיה לאנשי ימות

ימות המשיח גמול על עבודתם שלא יתכן שתהיה עבודה שאין עמה גמול וכאשר יש שם לצדיקים תוספת על מה שראוי לזכיותם הקודמים כן מרת שיעשו בימות המשיח תוספת על מה שראוי לזכיותם הקודמו : *Nona* (qvæſtio) *eſt: An præmium ſint accepturi ob cultum in diebus Meſſiæ præſtitum? Dico utiq; ſicut juſti in hoc ſeculo acceperunt præmium ob cultum, qvem amplectebantur: ita etiam in diebus Meſſiæ accipient præmium ob cultum, cùm iniqvum ſit cultum carere præmio. Porrò qvemadmodum juſti ibi acceperunt plus, qvàm merebantur: ita etiam plus accipient in diebus Meſſiæ, qvàm meriti fuerunt.* Qvam *Saadia* reſponſionem ita declarat *R. de Trana l. c. f.* 112. *col.* 2. תשובה שאלה זו היא כי בימות התחיה והמשיח שיהיו ישראל מושפעים בטובות העולם הזה אם יספיקו הטובות ההם לגמול מעשיהם הטובים שיעשו אז נאמר כי כאשר יש לצדיקים בעולם הזה גמול והוא פרי מעשיהם הטובים בדברים שארם עושה אותם אוכל פירותיהם בעה"ז והקרן קיימת לו לעה"ב כן יהיה לאנשי לימות המשיח גמול בעה"ב מלבד הגמול מהטובות שיש להם בעולם הזה וכמו שביאר וכאשר יש בעה"ז תוספת על מה שראוי לזכיותם הקודמים בעולם הזה כן מרת שעשו אנשי ימות המשיח יהיה להם תוספת על מה שראוי לזכיותם הקודמים בעולם הזה : *Reſponſio qvæſtionis eſt: An tempore reſurrectionis & Meſſiæ, qvo Judæi abundabunt omni bono hujus mundi, illa bona illis ſufficiant loco mercedis operum bonorum, qvæ tunc facient? Reſpondetur, qvod qvemadmodum juſti in hoc mundo mercedem habent, qvæ fructus eſt operum illorum bonorum,*

Affirmat etiam R. de Trana.

rum (Operum enim, qvæ homo patrat, fructum capit in mundo hoc, ſors autem manet ipſi in ſeculum futurum): ita homines victuri tempore Meſſiæ capturi ſint mercedem in ſeculo futuro præter mercedem bonorum operum, qvam capient in hoc mundo, ſicut explicat (Saadias). *Qvemadmodum autem in ſeculo futuro plus accipiunt, qvàm debebatur meritis eorum præcedaneis in hoc mundo: ita etiam pro omni, qvod fecerint homines viventes tempore Meſſiæ, plus accipient, qvàm debebatur meritis eorum præcedaneis in hoc mundo.* Itaqve præmium accipient juſti cultûs, qvem poſt reſurrectionem Deo per mille annos præſtabunt; ita qvidem, ut in his terris fructum, in altero ſeculo ſortem nanciſcantur.

Subnectuntur propoſitis qvæſtionibus alia de ſtatu reſurgentium poſt reſurrectionẽ ex Moſe de Trana. Et qvidem de veſtibus.

§. 11. Hæ ſunt qvæſtiones nobiliores, qvæ de ſtatu reſurgentium poſt reſurrectionem à Judæis moveri ſolent. Præter eas tamẽ adhuc aliqva alia ſuppeditat *Moſes de Trana*, qvæ itidem attingemus. Ita ergò ait porrò *f. 113. c. 2.* גם כי בלו ונרקבו התכריכיהם חזרו לקדמותם כמו שחזרו הגופות לקדמותם כן תתמיד חדושם עתה לכמה מאות השנים שיחיו עד סוף אלף הששי לא יבלו שלמותיהם מעליהם וגם יגדלו שלמות הקטנים כמו שיגדלו הם דוגמת דור המדבר : i. *Etiamſi qvoq; inveteraverint, & computruerint veſtimenta illorum, redibunt tamen in priſtinum ſtatum; ſicut redierunt corpora in priſtinum ſtatum; ita continuò innovabuntur per tot centum annos, qvot vivent, usq; ad finem millenarii ſexti, non inveteraſcent veſtes illorum ſuper illis: etiam creſcent veſtes parvulorum, ſicut ipſi creſcunt ad exemplum generationis in deſerto.* Pergit &

it. de ſomno.

illos etiam ſomniaturos ſomniat in hunc modum: ובענין השינה וההולדה אומר כי השינה לא תתבטל אבל מצד המאכל כי גם שיהיה זך ונקי לא ימלט מהעלות איזה עשן במוח להוליד קצת שינה ואבל מצד מנוחת

מנוחת הגוף בכלל ובפרט האיברים המיוחדי' למלאכה והחושי' צריכים מנוחה. כי כמו שילאה האדם להיותו עומד על עמדו זמן רב או מהלך או יושב או עושה מלאכ' והוא משתנה מזה לזה כן ילאה מהיותו משתמש בחושיו תמיד בראיה בשמע בהרחה ויצטרך להיות ישן כדי שינוחו החושים ויחזרו אחר כך לאיתנם וגם בשינה ההיא באותם הימים יוכנו כולם מילדותם להשיג מדרגת הנבואה אשר תחלתה היא בחלום וכמו שאמר הכתוב. והיה ביום ההוא וגו' בניכם חלומות יחלומון בחוריכ' חזיונו' יראון ויהיה זה מצד כי החלומו' יהיו צודקים אז יותר בהיות השינה ההיא נמשכת מצד המאכל הרק והזך׃

ſ. Qvod ad ſomnum & ejus generationem attinet, dico, illum non ceſſaturum, tùm ob cibum, qvi licet ſit tenuis & purus, excitat tamen fumum in medulla ad generandum aliqvem ſomnum; tùm qvia corpus vel per ſe, vel reſpectu membrorum labori deſtinatorum, & ſenſuum qviete indigentium qvieſcere debet. Nam qvemadmodum defatigatur homo, qvando diu ſtat erecto corpore, vel it, vel ſedet, aut facit opus alter ab altero diverſum: ita etiam defatigabitur, dum utetur ſenſibus ſuis jugiter ſc. viſu, auditu, olfactu; & indigebit ſomno, ut ſenſus qvieſcant, & priſtinum robur recuperent. Etiam tum temporis in ſomno iſto erunt omnes apti à primis incunabulis, ad recipiendum ſpiritum propheticum, qvi incipit à ſomnio, ceu dicit ſcriptura: & erit tempore illo &c. filii veſtri ſomnia ſomniabunt, juvenes veſtri viſiones videbunt. (Joël. 2. 28.) *Id qvod exinde eveniet, qvòd ſomnia tum futura ſint meliora, proveniente videlicet ſomno ex cibis tenuioribus & purioribus.* Pergit ulteriùs noſter autor: ועל שאלת המשא והמתן והאומנות אם יצטרכו בזמן התחייה׃

it. de artibus mechanicis.

התחייה נאמר כי הכרח אלו הדברים הוא לקיום הנהגת העולם ופרנסת האנשים וכל מיני צרכם כי האדם צריך למלבוש ולבית ותשמיש הבית ואכילה ושתיה והכנה כל אלו הדברים היא בכלים מכלים שונים אשר לא יוכל כל איש להכין לעצמו כל הצריך לו ולביתו לזרוע ולנטוע ולקצור וללקוט עד שיאפה הפת לאכול ולגוז צאנו ולנפץ ולארוג מלבוש ולחצוב אבנים ולבנות לו בית כי אין כל אדם מוכן בתולדתו ומזגו לכל אלו המלאכות אלא קצתם מכוני למלאכה או אומנו הזאת וקצתם לאחרת וצריכים כלם אלו לאלו האורג לבנאי והבנאי לאורג וכל מיני האומניות צריכין אלו לאלו ואשר אינם בקיאים ולא מוכנים לשום מלאכה או אומנות הם צריכים לכל האומניות גם כן ואין להם דרך להשיגם כי אם על יד הכסף והזהב וכל זה לא יושג כי אם על ידי עמל וטורח וכפשט הכתוב כי אדם לעמל יולד ואם ישיגו בלי עמל וטורח בכספם וזהבם וכן אמר החכם כי אדם הראשון הוצרך לעשות כל המלאכות הצריכות לפת לאכול ושאר הדברים והוא משכים ומוצא הכל מוכן לפניו ולזה צריך המשא ומתן לבני אדם לבקש כל א צרכיו למאכלו ולדירתו ולכלי תשמישו ויש מהם זוכים שאחרים טורחים בעדם כמו האבות לבני בהייהם ובמית משאירים להם ברכה דרך ירושה מסודרת מן התורה וכזה תלויים הרבה מצות מן התורה במה

שבין

שבין אדם לחבירו ולכן אני אומר כי לא יתבטל
המשא ומתן מכל וכל בזמן התחייה ולא האומניות
והמלאכו' כי בביטולם יקרה ביטול להרבה דינים מדיני
התורה ואם כן בזמן התחיה יצטרכו גם כן למשא
ומתן ומלאכו' ואומניות ויהיו צריכי' לכל משפטי התורה
כי המאכלים אף על פי שיהיו דקים והכי' מושפעי'
מאתו יתב' עכ"ז יצטרכו לאיזה מלאכה ואומנות קלה
והמלאכות והאומניות יהיו שלימות וקיימות בלי רמייה
תתקיים בנין הבתים עד תשלום אלף הששי והמלבושי'
וכלי תשמישי הבית יספיקו כל א' מהם לכל א' מבני
אדם כל ימי חייהם &c. ſ. *Qvando autem qværitur de negotiatione & artibus mechanicis, an illis opus ſit tempore reſurrectionis: reſpondetur hæc talia reqviri, ut perſiſtat regimen mundi, & homines ſuſtententur, habeantq; vitæ ſuæ præſidia. Indiget enim homo veſte, domo, & utenſilibus domûs, ciboq; & potu, qvorum omnium apparatus diverſis ſit inſtrumentis, ſiqvidem unusqvisq; parare ſibi non poteſt ea omnia, qvibus indiget cum domo ſuâ, v. g. ut ſerat, plantet, metat, colligatq; usq; dum coqvat, qvod edat; ut tondeat oves ſuas, ut excutiat* (lanā), *& texat veſtē, cadat lapides & exſtruat ſibi domum, ſiqvidem non omnis homo per naturam & temperamentū ſuum ad iſta opera omnia aptus eſt, ſed alii apti ſunt ad opus vel artem hanc, alii ad illam, unusq; altero indiget, v. g. textor architecto, architectus textore, omnesq; ſpecies artium mechanicarū ſe invicē indigent; præterea qvi in nulla arte exercitati ſunt, neq; apti ad ullum opus, illi indigent artibus mechanicis omnibus ſimiliter, & non niſi auro argentoq; comparare ſibi poſſunt; Vel enim iſta omnia laboribus parantur, juxta illud: qvia homo ad laborem natus eſt* (Job. 5. 7.) *Vel ſi non laboribus, auro & argento. Unde dicit non nemo ſapientum, hominem primum neceſſariò debuiſſe facere opera neceſſaria ad edendum & res cæteras, & qvoties ſurgebat, omnia ſibi apta inveniſſe.*

Propterea opus erit negotiatione & artibus mechanicis hominibus, ut unusqvisq; ſibi de iis proſpiciat, qvæ reqviruntur ad cibum ejus, habitationem, & utenſilia ejus. Sunt etiam aliqvi eâ fortunâ, ut alii pro iis laborent, ſicut patres pro filiis, dum vivunt; qvando autem moriuntur, relinqvunt liberis benedictionem loco poſſesſionis hæreditariæ à lege datæ, à qvo ipſo multa legis præcepta pendent, qvæ homini cum proximo intercedunt. Propterea dico, non intermiſſum iri ab ullo negotiationem tempore reſurrectionis, neq; artificia & opera, qvia illis ceſſantibus multi ritus & obſervationes legis ceſſarent. Itaq; tempore reſurrectionis indigebunt negotiatione & artibus mechanicis operibusq; reqviſitis ad omnia jura legis. Nam qvamvis cibi futuri ſint tenuiores à Deo ipſo dati, nihilo tamen minus indigebunt aliqvo exercitio & opere. Opera autem & artificia erunt firma & durabilia ſine fraude; domuum ſtructuræ perſiſtent usq; ad finem millenarii ſexti; ita etiam veſtes & utenſilia ſufficient unicuiq; mortalium, qvamdiu vixerit. Atqve hæc nova aſſerta *R. Moſis de Trana*, in qvibus ceteri non ita conſentiunt, unde nata ſint, facillimum eſt indagatu. Dum enim veſtes perpetuò duraturas aſſerit, præſupponit victuros reſuſcitatos in terris eodem ferè modo, qvo vixerunt anteà, atqve hinc cùm alter cum altero ita debeat converſari, veſtibus etiam fore opus. Somnia autem, qvorum meminit, debent originé, ut fatetur ipſe, alteri aſſerto, qvod cibis corporalibus & parum à noſtris hodiernis diverſis veſci reſuſcitati debeant. Artium mechanicarum deniqve exercitium defendit Judæus propterea, qvia ad vitam ſuſtendandam cibo & potu opus fore dixerat, qvæ vitæ præſidia debeant laboribus etiam acqviri corporalibus. Uno verbo iſta tria aſſerta nituntur hoc fundamento ſimul: Homines reſuſcitatos terrenam eſſe victuros vitam. Ita dato uno abſurdo ſeqvuntur plura.

De iis, qvi vivent adhuc tẽpore Reſurrectionis, ſententia varia.

§. 12. Poſſent hîc recenſeri aliorum etiam Rabbinorum verba, qvi citatis in explicando ſtatu poſt reſurrectionem ſubſcribunt; ſed ſatis ex jam dictis qvid ſentiant patescit. Qvare miſſis ceteris, anteqvam hinc diſcedamus, de illis prius videbimus, qvi tempore reſurrectionis adhuc vivent, an ſc. & illi ad reſurrectionis ſubjectum pertineant? Et ſuam hac

de

de re, & *R. Saadiæ* aliorumq; ſententiam recitat *Abarbanel in N. Aſ. f.141.142. md.7.* his verbis: נאתה תדע שהגאון בתשובת
השאלה העשירית שעשה בענין התחיה מהדרוש הזה
בפרט השיב שדבר זה איננו בתורה ולא רשום
בקבלה אבל שנחלפו בו חכמים מדרך הסברא
לדעות מהם אמרו שימותו כל האנשים כדי שיעמדו
בתחייה וישוו לקדמונים שמתו וחיו ומהם חשבו
שהאנשי אשר בימיהם תהיה התחייה ואותם שיולדו
בזמנה לא ימותו עוד אבל יובילם השם לעולם
הגמול כאשר יוביל את המתים אשר חיו והקיצו
וסמכו זה למקרא בלע המות לנצח וקצתם אמרו
שיחיו חיים ארוכים וימותו בסוף הישוע יקיצו ויכנסו
לחיים הנצחיים ונטה הגאון לדעת השלישי הזאת
והביא ראיה מהכתוב כימי העץ ימי עמי ר״ל שיחיו
ת״ק שנה או ת״ר שנים וכן כתוב כי הנער בן מאה
שנים ימות והחוטא בן מאה שנים יקולל ואמנם
דעתי הוא שהאנשים האלה שלמים הם אתנו כנו
דעתם על שהקמים בתחייה לא ימותו אבל יכנסו
לעולם הבא ושיהנו שם מזיו השכינה ויקבלו שמה
שכר פעולותיהם בגוף ונפש: i. *Scias autem R. Gaonem in reſponſione qvæſtionis decimæ, qvam formavit de reſurrectione mortùorum, de hac qvæſtione in ſpecie reſpondere, nil certi hac de re reperiri in ſcriptura, aut definiri in majorum traditionibus, ſed in varias hic abire ſententias ſapientum conjecturas; dum alii putent omnes homines morituros, ut in reſuſcitatione æqventur prioribus, qvi mortui revixerunt: alii eos qvorum tempore futura ſit reſurrectio, aut qvi tùm naſcentur, non morituros, ſed in mundum retributionis à Deo*

 per-

perductum iri, ſicut eò perducendi ſint mortui reſuſcitati, qvò pertineat illud: abſorbuit mortem in æternum: (Eſ. 25. 8.) *alii diu victuros, ſub finem autem ſalutis evigilaturos, vitamq; æternam ingreſſuros. R. Gaon autem facit cum tertia ſententia, qvam probat ex ſcriptura, ex illo: inſtar dierum arboris dies populi mei* (Eſ.65.22.) (*qvaſi dicat: qvòd ſint victuri annos qvingentos vel ſexcentos*) & *illo: puer centum annorum morietur &c.* (Eſa. 65.20.) *Ego autem exiſtimo, horum ſententias cum noſtra eo ſuperſtructa eſſe principio, qvòd reſurgentes non ſint morituri, ſed ingreſſuri futurum ſeculum, ibidemq; fruituri ſplendore divinæ majeſtatis, & mercedem factorum ſuorum tàm in corpore qvàm animâ accepturi.* Alio modo ad hoc reſpondet *R. Moſ. de Tran. l. c. f. 112. col. 3. & 4.* ubi ita ſcribit:

Reſponſio Moſis de Trana.

ואם תרצה לומר כי הנמצאי חיים בזמן הישועה
והתחיה ימותו ויחיו לא ימנע או ימותו מיד בזמן
התחיה ויחיו מיד או ימותו אחר כך בזמן בוא
קץ כל א מהם ואחר כך יחיו מיד או לאחר
זמן אם ימותו מיד ויחיו מיד למה ימותו בלא
עתם וגם שיחיו מיד למה יסבלו צער המיתה
לחיות טוב להם שלא ימותו ונשארים חיים
באריכות ימים כמו שנז׳ למעלה ואם ימותו בבוא
עתם אם האל יתברך עתיד להחיותם מיד למה
יסבלו צער מיתה טוב להם שלא ימותו והאל
יתבר׳ יאריך ימיהם בזמן התשועה כמו שנזכר ואם
יחיו אחר כך לזמן מוגבל אם כן תהיה התחיה
ככמה זמנים זמן התחייה הכולל לכל ישראל הנמצאים
מתים בתחייה אחר ביאת הישועה וזמן תחית לסתים
שימותו

שימותו לכל א' תהיה זמן מוגבל אחר מיתת כל א' וא' וזה בטל שנאמר שיתחדש נס התחיה לכל אח' ואח' לזמן מוגבל אחר מיתתו וכן הילודים בזמן הישועה אחר תחיית המתים למה ימותו בעתם ויחזרו לחיות טוב להם שיחיו חיים ארוכים כאותם שיקומו בתחיה ולדברי מי שאמר כי ימותו ויחיו כדי להשתוות עם המחויים נאמר כי צורך המיתה לחיות הוא כי המתים שחיו יזכרו מה שעבר על נפשותם מהעונש והשכר בעולם הנשמות ויהיו מוכנים לעשות טובה יותר ממה שיהיו מוכנים קודם מיתתם:

I. *Qvodſi volueris dicere eos, qvi reperientur vivi tempore ſalutis & reſurrectionis morituros & revicturos eſſe, non obſtabit*(qvod ſeqvitur): *aut morientur ſtatim tempore reſurrectionis, & reviviſcent ſtatim; aut morientur poſteà, cùm venerit finis uniuscujusq; eorum, & poſteà reviviſcent ſtatim, aut tempore aliqvo interjecto* (reviviſcent). *Si morientur ſtatim, & reviviſcent ſtatim, qvare non morientur in tempore ſuo; præterea ſi morientur ſtatim, qvare ſuſtinebunt afflictionem mortis ut vivant, melius eſt illis, ut non moriantur & remaneant vivi in longævitate dierum, ſicut ſuprà meminimus. Qvodſi morientur, cùm venerit tempus eorum, ſi Deus benedictus eos revivificaturus eſt ſtatim, qvare ſuſtinebunt afflictionem mortis? melius eſt illis, ut non moriantur, & Deus benedictus prolonget dies eorum tempore ſalutis, ſicut memoratum eſt. Qvodſi vixerint poſteà definito tempore, ſi ita eſt, erit reſurrectio tot temporibus; ſc. tempus reſurrectionis univerſale totius Iſraëlis, eorum videlicet, qvi fuerint inventi mortui in reſurrectione poſt adventum ſalutis; & tempus reſurrectionis mortuorum qvi morientur; Unicuiq; erit tempus determinatum poſt mortem uniuscujusq;. Hoc autem abſurdum eſt, ut dicatur de novo futurum reſurrectionis miraculum unicuiq; tempore determinato poſt mortem ejus. Similiter infantes nati tempore ſalutis poſt reſurre-*

ctionem mortuorum qvare morientur in tempore ſuo, & reviviſcent? melius eſt illis, ut vivant vitam longævam inſtar eorum, qvi reſurgent in reſurrectione. Ad verba autem ejus, qvi dixerit eſſe morituros & victuros, ut coæqventur reſuſcitatis; dicimus (omninò) *neceſſe eſſe mori ut vivatur, qvandoqvidem mortui, qvi revixerunt, recordabuntur omnium, qvæ illis evenerunt in ſeculo animarum, ſ. bona fuerint ſive mala, & erunt magis idonei ad faciendum bonum, qvàm erant anteqvam morerentur.* Explicat hæc *fol.114. col.2. & 3.* qvando ait:

וגם דור שיהיו בחיים אז ימותו ויחיו אם
כן תפסק ח"ו השתלשלות קבלת התורה והכתוב אמר
כי לא תשכח מפי זרעו ועל זה נאמר כי אותם
שיהיו חיים אז בזמן התחיה ימותו ויחיו תהיה
תחייתם מיד שימותו לא יפסדו ולא יקברו ולא
ישתנה גופם ממה שהיה כי מיד יחיו ולא יספיקו
נשמתן לעלות למעלה ליתן דין וחשבון עד שתשובנה
לגופן כרמות מקבלי התורה בשמעם אנכי ולא יהיה
לך אשר יצאה נשמתם וחזרה אליה מיד כמו שהוא
מקובל אצלנו כן תהיה תחית הנמצאי' חיי' בזמן התחיה
וכמו שכשיצאה נשמתם וחזרה אליהם לא שכחו כל
מה שידעו קודם מענינם שקרה להם במצרים והנפלאות
שנעשו להם ביציאתם משם ושאר הדברים וכמו שאמרו
זכרנו את הדגה וגו' כן יהיה ענין תחיית הנמצאים
בזמן התחייה שימותו ויחיו מיד כרמות התעלפות:

¶. *Propterea homines adhuc viventes tunc morientur & reviviſcent. Ceſſabit itaq;* (abſit) *concatenata legis traditio; ſcriptura autem dicit, qvod non oblivione tradetur ex ore ſeminis ejus* (Iſraëlis. Deut.31. v.21.) *Propterea dicitur illicò, ex qvo mortui fuerint, eventuram eorum reſurrectionem, qvi vivent tempore ſalutis, & morientur ac revivi-*

viviſcent, ut non defleantur nec ſepeliantur, neq; corpus eorum immutetur in aliū ſtatum, qvàm in qvo fuerat. Nam illicò vivent, neq; ſuppetet(tempus)*animabus illorum, ut ſurſum aſcendant, ad reddendum jus & rationem, donec revertantur in corpora, ad inſtar hominum accipientium legem, cùm audirent Ego &c.* (Exod.20.5.); *nec reperis* (tamen inter eos) *ex qvo anima non fuerit egreſſa, & non ſtatim redierit. Pari ratione eveniet reſurrectio viventium tempore reſurrectionis. Et qvemadmodum cùm exiret anima eorum, & rediret ad eos, non obliviſcebantur omnis illius, qvod ſciverant prius de rebus, qvæ obvenerant illis in Ægypto, & de miraculis factis in eorum egreſſu ac cæteris rebus: ita ſe habebit reſuſcitatio illorum, qvi vivent tempore reſurrectionis, nempe morientur, & vivent extemplò per modum immutationis.*

Cap. V.

Continens ἐπίκρισιν capitis præced.

§. 1.

SAtis de Subjecto reſurrectionis diximus, deveniendum etiā eſt ad ἐπίκρισιν, qvam ſeorſim hoc capite proponere placet, ne caput præcedens nimium præ cæteris excreſcat. Et qvidem qvod ad numerum attinet reſurgentium, dicimus omnes omninò homines mortuos reſurrecturos. Abſurdè autem dici ſolis juſtis & pœnitentibus competere reſurrectionem, ipſe *Abarbanel* agnovit, qvando ita perſvaſos ſic refutat *rad. 6. præf. in Eſ.* והוא רעת זר לפי שהכתוב אמר ורבים מישני ארמת עפר יקיצו אלה לחיי עולם ואלה לחרפות לדראון עולם ואם בהחייה לא יהיו כי אם הצדיקים אין ספק שמספר יהיו ונער יכתבם ואיך יאמר עליהם ורבים כל שכן שהכתוב צווח אלה לחיי עולם ואלה לחרפות לדראון עולם וישעיהו אמר ויצאו וראו בפגרי

Reſponſio ad ad numerum reſurgentium.

Abarbanel refutat ſolos juſtos reſurrecturos aſſerentes.

Digitized by Google

בפגרי האנשים הפושעים בי והוא המורה שגם מהרשעים יקומו לקבל ענשם ואתה תראה האמונה הזאת נשרשת בכל האומות כאילו טבע האמת מקובל בפיהם : ſ. *Hæc autem ſententia abſurda eſt, qvia ſcriptura dicit : Multi ex dormientibus in pulvere terræ evigilabunt, hi ad vitam æternam, illi ad opprobrium & contemptum æternum (Dan. 12. 2.) Qvod ſi non niſi juſti eſſent reſurrecturi, illi forent pauci, qvos puer poſſet ſcribere, qvomodo autem dicerentur multi. Qvod majus eſt, ſcriptura clamat: hi ad vitam æternam, illi ad opprobrium & contemptum æternum. Ita etiam Eſaias ait:* (cap. 65. 24.) *Et exibunt & videbunt cadavera eorum, qvi à me defecerunt, qvod arguit etiam ex impiis eſſe reſurrecturos ad ſuſtinendam ſuam pœnam. Videbis etiam hanc fidem eſſe radicatam in omnibus gentibus, qvaſi naturâ hæc veritas eſſet illis tradita.*

Ita etiam in Aſc. Rocb. & Pirc. El.

Ita qvoqve diſputatur contra hanc ſententiam in *Aſc. Rocb. & Pirc. Elieſ.* ſup. cit, ubi etiam gentibus reſurrectio adſcribitur & omnibus hominibus exceptis paucis.

Rationes, cur ſoli juſti non reſurgant.

Rationes, cur ſoli juſti non reſurgant, afferimus cum *Abarbanele N. Aſ. rad. 13.* ſeqventes: והנה לא יהיה אם כן דין הגדול ולא כולל ולא כפי שורת הדין המשותפת לכל הבריות ועוד כי אם לא יקומו בלתי הצדיקים איך יהיו שלש כתות ליום הדין של צדיקים גמורים של רשעים גמורים ושל בינווים כדברי הבריתא : ſ. *Ecce hâc ratione nec judicium magnum nec univerſale futurum erit, nec ſecundum præſcriptum juris omnibus communis.* (qvandoqvidem reſurrectio eſt juxta *R. Abarb. R. Aman. fol. 20. part. 1.* מין ממיני השכר והעונש *ſpecies præmii & pœnæ.*) *Præterea ſi ſoli juſti reſurgent, qvomodo tres ordines die judicii erunt, ſcil. perfectè juſtorum, perfectè malorum & mediorum, juxta autores Baraitha?* Qvæ leguntur in *Talm. Roſch. Haſch. c. 1. fol. 16. 2.* his verbis: שלוש כתות ליום הדין אחת של צדיקים גמורים ואחת של רשעים גמורים ואחת של בינוניים שעונותיהם

שעונותיהם וזכיותיהם שקולין: צדיקים גמורים נכתבים ונחתמים לאלתר לחיי העולם הבא: רשעים גמורים נכתבים ונחתמים לאלתר לגיהנם שנאמר ורבים מישני אדמת עפר יקיצו אלה לחיי עולם ואלה לחרפת וגומר: *Tres claſſes ſiſtent ſe die judicii. Prima eſt eorum, qvi perfectè juſti ſunt, ſecunda improborum perfectorum, tertia intermediorum, qvorum iniqvitates & juſtitiæ pares ſunt. Perfectè juſti illicò ſcribentur & obſignabuntur ad vitam æternam. Impii perfecti ſcribentur & obſignabuntur illicò ad Gebennam, ſicut dicitur: & multi ex dormientibus in terræ pulvere evigilabunt, alii ad vitam æternam, alii ad opprobrium &c.* (Dan. 12. 2. Per impios perfectos autem intelligit *R. David Kimchi* המכעיסים האל בעבודה זרה *Deum irritantes per idololatriam.* Vid. *Bibl. Buxt. f.* 508. *p.* 1. *l.* 8. *à f.* qvemadmodum hinc etiam idem *Kimchi* idololatriam appellat עיקר כל העונות *fundamentum omnium peccatorum* in *Bibl. Buxt. f.* 470. *p.* 1. *l.* 2. Qvinam verò ſint illi intermedii & qvomodò judicandi, de eo etiam nonnulla extant ap. *R. Bechai* cit. loc. & in *Talmude* ipſo, qvæ recenſet *Dn. Buxt. in ſyn. jud. c.* 3.) Inprimis tamen pro reſurrectione impiorum urgemus, qvod etiam in corporibus pœnam malefactis debitam luere & ſuſtinere debeant. Ut iterum audiamur lubentius à Judæis, Rabbinos in ſubſidium hujus aſſerti vocabimus. Itaqve *R. Abarbanel* pœnam impiorum in corporibus poſt reſurrectionem ita deſcribit in *Mal.* 4. *f.* 301. *c.* 1. וגם לא יהיה גהנ׳ לעתיד לבא מתיחס אל הנפש בלבד בלתי הגוף אלא שמגופו של רשע יצא אש שילהט אותו על דרך נס להיותו אות וסימן שמידו ומעשיו היתה זאת לו: *Etiam infernus non competet propriè animabus excluſis corporibus, ſed ex corpore impii egredietur ignis illum inflammans per miraculum, ut ſit illi indicio, qvod hæc talia ob opera ejus illi eveniant.* Et

Urgetur inprimis ex Rabbinis pœna in corporibus impiorum ſuſtinenda, & qvidem ex R. Abarb.

col.2. pergit : ואמרו פושעי ישראל בגופן ופושעי אומות העולם בגופן יורדים לגיהנם ונדונין בה וכו *Dicunt impios Iſraëlitas & impios gentiles corporibus ſuis deſcenſuros in Gehennam, & ibi judicatum iri.* Idem in *præf. in Eſ. rad.*10. ſcribit, ſc. שהרשעים ואנשי האומות שיקומו בתחייה יקבלו עונש גשמי *impios & gentiles reſurgentes pœnam corporalem eſſe accepturos.*

Ex R.Bechai.

Cum *Abarbanele* conſentit *R. Bechai cit. à Dn. Höttinger. faſc. diſſ. Theol. Phil. diſſ.* 1. *p.* 40. dum ita loqvitur : והנה למדת שיחיו אף הרשעים והתחיה לרעתם כי יהיו נדונין בגוף ובנפש בגיהנם *Hinc* (*ex loco Talm. Roſch. Haſchana cit*) *diſcis etiam impios reſurrecturos : verùm hæc reſurrectio in perniciem ipſis cedet, corpore ſiqvidem & animâ punientur in inferno.*

Ex R.Maimonide.

Conſentiunt qvoq; qvæ leguntur apud *R. Maimon in Peruſch Hammiſchnajoth tractatui Sanhedrin in Talmude annexo f.*120. *c.* 1. ſcribentem : אמנם גיהנם הוא שם לצער ולעונש שישיג לרשעים ולא פירוש בתלמוד תאר זה העונש אלא יש אומרים כי השמש תקרב להם ותשרפם וראיתם על זה מה שנאמר הנה יום בא בוער כתנור וקצתם אומר כי הוא חמימות זרה תתחדש בגופותיה ותשרפם וראיתם על זה מה שנאמ׳ רוחכם אש אוכלכם *Sanè Gehinnom eſt nomen doloris & pœnæ, qvæ aſſeqvetur impios. Nulla autem explicatio in Talmude definivit hanc pœnam, ſed ſunt, qvi dicunt, Solem illis appropinqvaturum, & illos combuſturum ; Id qvod exinde probant, qvia dicitur : ecce dies venit ardens inſtar furni* (Mal. 3. 19.) *Alii autem dicunt inſolitum calorem futurum in corporibus eorum, & combuſturum ea ; Id qvod exinde probant, qvia dicitur : Spiritus veſter ignis* (eſt) *conſumpturus vos* (Eſa. 33. 11.) Maimon tamen ipſe ſolis juſtis tantùm competere reſurrectionem aſſerit ibidem, & probat rationibus communibus *ſuprà* rejectis, ut eum planè illam negâſſe fruſtrà Rabbini aſſerant, qvemadmodum

dum etiam in *cap 1. ſuprà* defenſus eſt. Huc pertinent præterea verba *R. Salomonis in Chel. Riſch. Miſſeph. difr. Schlomo f. 96. c. 2.* *Ex R. Salomone.* שעתיד להיות נענש הרשע ביום הדין אחר התחייה בגוף ונפש שעליהם נאמר ואלה לחרפו ולדראון עולם *impium punitum iri in die judicii poſt reſurrectionem in corpore & anima, de qvibus dicatur: illi a. ad opprobrium & contemptum æternũ.* Nec minùs verba *R. Iſaac Ben Simſon in Medraſch Schochad Tof in Pſ. 104. 35.* *Ex R. Iſaac Ben Simſon.* hoc judicium ita deſcribentis: אמר רבי שמואל בר יצחק לפי שבעולם הזה פרעה נידון בפני עצמו סיסרא בפני עצמו סנחריב בפני עצמו וכל אחד ואחר בפני עצמו אבל לעתיד לבא כלם נידונים בבת אחד שנאמר יתמו חטאים מן הארץ *Dixit R. Samuel Bar Iſaac, qvia in hoc mundo Pharao judicatus fuit ſeorſim,* (ſc. in ſuo corpore & ſubſtantia בעצמו) *Siſra ſeorſim, Sancherib ſeorſim; ideò in futurum judicabuntur omnes unâ vice, juxta illud; exſcindentur peccatores de terra.* Deniqve hoc judicium etiam docet *R. Alſchech in Thorath Moſche f. 210. col. 2.* *Ex R. Alſchech.* his verbis: אמנם לבא אל הענין נזכירה מאמר רז״ל בגמ׳ האומרי׳ כי הגוף והנפש כאשר המות יפריד ביניהם כל אחד מתנצל לאמר אני פטור מן הדין הנפש תאמ׳ לא מטבעי להתאוות תאוות גופניות כי רוחנית מאת ה׳ מן השמי׳ אני אך הגוף הוא אשר חטא על הנפש והגוף יאמר הנפש החוטאת היא תמות כי אנכי עפר מן האדמה אשר לא ירע ולא ישחית משיב הוא ית׳ ואומר לא ראי זה כראי זה ולא ראי זה כראי זה הצד השוה שבכם כי בין שניכ׳ נעשתה התועבה בהיותכם יחד שניכם אף אני אביא הנפש בגוף כאשר היתה באמנה אתו בעשותם כל מצות ה׳ אשר לא תעשנה וידוע

 ויענשו

ויענשו יחד כאשר חטאו׃ *Sanè ut ad rem accedamus, memorabimus dictum Rabbinorum noſtrorum p.m. in Gemara dicentium, qvod corpus & anima, poſteaqvam per mortem fuerint ſeparata, ſe ſigillatim ſint purgatura dicendo: ego liber ſum à judicio. Anima dicet: non natura mea competit deſiderare cupiditates corporeas, qvoniam ſpiritualis ſum à Deo, è cælo ſum; ſed corpus eſt, qvod peccavit contra animam; Et corpus dicet: anima, qva peccat, moriatur, ſiqvidem ego pulvis ſum ex terra, qvi non malefacit, nec corrumpit. Reſpondebit Deus benedictus, & dicet: non hæc ita ſe habent, ut utriqꝫ videtur; Æqvalitas eſt inter vos, qvoniam inter vos duo patrata eſt abominatio, dum vos duo unà eratis, ideoqꝫ ego inducam animam in corpus, qvemadmodum fuit ei fidelis, ut facerent omnia Dei præcepta, qvæ non facere debebant* (i.e. præcepta negativa) *& judicabuntur ac punientur ſimul, prout peccaverunt.* Qvò pertinet etiam locus ex eod. autore ſuprà citatus *f.323. c.4.* ubi ait, qvod Deus ultionem ſumpturus ſit de manu, qvæ percuſſit juſtum, ipſo intuente, &c. Tacemus commodè etiam contra alios Judæos reſurrectionem impiorum negantes argeri poſſe loca illa ſuprà adducta Rabbinorum, eorum reſurrectionem aſſerentium, maximè cùm ſint ex veteribus, & magnæ apud Judæos autoritatis. Pergimus itaqve ad probationes pro ſolis juſtis allatas, & qvidem ad ſcripturæ dicta Reſpondetur 1. cum *Joſeph. Albo Iccar. c. 35.* hanc particularitatem eſſe nullam כי זה דבר לא נמצא בכתובים רמז חזק *qvia ejus rei nullum ſit in ſcriptura ſatis firmum indicium.* (licet ille idem de univerſalitate, ſed falsò affirmet.) 2. Reſpondetur ad dicta ſingula, & qvidem ad *Deut. 32. 33.* *R. Alſchech* qvidem hunc locum etiam de reſurrectione explicare, ſed tamen videre adeò non potuiſſe, qvomodo ſoli juſti ibi intelligantur, ut potiùs etiam impios reſurrecturos eſſe ex eodem probare voluerit, dum ita explicuit *in Thor. Moſch. f 323. col. 4. init.* כי רעו איפה אני אמית את כל הר' מלכיות הנ' ואחזור ואחיה אותם והוא כמ"ש ז"ל שיאמ' איש ישראל המוכה בראותו את מכהו הנר"ה זה הכני בידו ויראהו ית' נקמות באותה היד והקיש בכל

Reſponſio ad dicta ſcripturæ pro probandâ ſolorum juſtorum reſurrectione allegata.

Et qvidem ad Deut. 32 39.

בכל אבר וגם זה אחר מהטעמים שהקבה יחיה כל מתי יש במומן וכו *Scitote enim, qvod ego mortificaturus ſim omnes 4. monarchias memoratas* (col. præced. 3.) *& revivificaturus ſim eas, ſicut dixerunt Rabbini noſtri p. m. qvod dicturus ſit homo Iſraëlita percuſſus, cum viderit percuſſorem ſuum: ecce hic percuſſit me manu ſuâ, Deusq; benedictus oſtenſurus ſit illi ultiones de illa manu, & analogicè de omni membro. Id qvod etiam unum eſt ex argumentis probantibus Deum omnes Iſraëlitas cum vitiis vivificaturum;* (ut ſuprà ex hoc Alſchech dictum fuit.) Verùm *R. Abr. Seba in Tzer. Hammor in h. l.* interpretatur juxta qvorundam mentem verba: *videte qvod ego ſim ille* בגלות בבל *de captivitate Babylonica*; verba: *mortificabo & vivificabo* בגלות מדי *de captivitate ſub Perſis*, ubi fuerint Judæi חשובים כמתים *habiti pro mortuis*; verba: *frango & ſanabo* בגלות יון *de captivitate ſub Græcis*; verba: *nemo eripiet ex manu mea* בגלו' אדו' *de captivitate ſub Romanis*, qvia illa fuerit graviſſima; atqve ſic nullam hic reſurrectionis injici mentionem ſtatuit. Poſito tamen de reſurrectione locum intelligi, nihilominus non intelligentur per עמי ſoli juſti, qvia illud ſuffixum non ſignificat præciſè populum Dei ratione pietatis & integræ atqve intemeratæ vitæ, ſed populum cujus majores Deus ſibi elegerat, ut peculiaribus miraculis ſplendeſcerent, ut ita Iſraelitæ indeterminatè intelligi poſſint. Ad *Eſa.* 26. 19. ℞. An mortui Dei ſoli juſti ſint, in dubium vocari poteſt. Notum enim eſt, hujuſcemodi ſuffixa etiam denotare mortuos, qvos Deus mori permittit. Qvod ſi largiamur mortuos DEI eſſe juſtos, non tamen hunc locum excluſivè accipiendum eſſe, collatio aliorum docet. Vox etiam נבלתי juxta *R. Ben Melech in Michl. Jophi f.* 96. 2. notat corpus qvodcunqve mortuum, qvod Hiſpanicè *Cayda* vocatur, ut non opus ſit explicare præciſè de iis, qvi ceciderunt ob gloriam DEI ſ. juſtis, ceu putat *Raſchi* in h. l. Imò ipſe *R. Jochanan ab Abarb. b. in l.* citatus dicit hîc intelligi etiam הגוים שהם כנבלת בהמה *gentes, qvæ ſint inſtar cadaveris bruti.* Qvod exemplum *R. Jochananis Abarbanel* cæteris Judæis pro ſolorum juſtorum reſurrectione certantibus *Ad Eſ. 26. 19.*

tibus opponit his verbis : ולמה יקשה על אחרוני חכמי אומתינו הדעת הזה רוצה לומר שיקומו בתחייה צדיקי ישראל וגם כן מאומות העולם ומרשעיהם כי כבר השכימו על זה מגדולי חכמי ישראל כמו שאמר בפירקי רבי אליעזר מתים ברל יחיו רבי יוחנן אמר כל המתים עולים לתחיית המתים וכו *Qvare difficilior affirmatu videtur poſterioribus noſtris ſapientibus illa ſententia: ſurrecturos in reſurrectione juſtos ex Iſraële, & prætereà ex populis mundi, & impiis illorum? Dudum hac in re conſenſerunt magni ex ſapientibus Iſraëlitis, ſicut dicitur in Pircke R. Elieſer: Mortui non vivent. R. Jochanan dixit, omnes mortui veniunt in reſurrectionem mortuorum &c.* Qvod majus eſt in *Talmude ipſo, in Sanhedr. c.* 11. ubi hoc dictum *Eſ.* 26. 19. allegatur, illi parum Rabbini tribuunt. Nam Sadducæi *Gamalieli* illud ibidem objicienti reſpondent ודילמא מתים שהחיה יחזקאל *fortè id pertinet ad mortuos, qvos Ezechiel vivificavit.* Sed illa oſſa ſolorum juſtorum fuiſſe, qvis affirmabit? Ipſi Rabbini negant, ut infrà dicetur. Licet enim ſolos Judæos communiter intelligant, fateri tamen debent inter eos etiam magnam impiorum colluviem reperiri. Prætereà qvis credat voculam עם *cum* vel præfixum כ *ſicut* hîc eſſe apponendum? Annon rectius explicatur ex trito Hebraiſmo: *cadaver meum reſurgent*, i. e. על דרך כלל unumqvodqve ex cadaveribus meis, qvæ ego (Deus) morti tradidi, reſurget. Per רפאים autem, qvod urget *Kimchi*, non opus eſt, ut præcisè improbi intelligantur. Poterit enim indeterminatè ſignificare mortuos. Imò ipſe *R. Salomo* in *Chel. Riſch. f.* 95. *col.* 2. hos רפאים reſurrecturos ait h. m. וקראם רפאים להורות שני דברים כי בקומם יקומו כמו שהיו בשעת שנרפו ונהרגו ועוד מעט נתרפאו *Vocat autem eos* (mortuos Propheta) *Rephaim, ut duo ſignificet, qvod, dum reſurgent, reſurrecturi ſint, ſicut fuerant horâ, qvâ remiſſi facti ſunt* (ſ. defecerunt ſc. per mortem. Nam

רפה

רפה ſignificat remittere, deficere) *& occiſi fuerunt, parumq; adhuc interceſſurum* (temporis) *& ſanatum iri.* Verba qvoqve reliqva וארץ תפיל poterunt commodè explicari verbis *R. Salom. Ben Mel. in Michl. Joph. f.66.2.* ופירושו הארץ תשליך המתים ממנה לחוץ לשון האשה המפלת *Senſus eſt: terra projiciet mortuos foràs, inſtar mulieris, qvæ abortum facit*, ut ת in תפיל ſit tertiæ perſonæ fœm. gen. non ſecundæ maſcul. Sed pergimus. Itaqve ad *Ezech.* 37. 12. ℞. etiamſi de juſtis intelligatur, non tamen accipiendum eſt excluſivè. Qvid qvod ipſe *Abarbanel* explicet, & de piis & impiis, hincq; dicat vocem עמי (*populus meus*) addi verbo והעליתי (*& efferã*) לפי שרמז בעליה המעלה והשלמות העליון והשכר הגדול שיקנו הצדיקים באותה התחייה *ut indicetur per elationẽ dignitas, ac ſumma perfectio, & ampla merces, qvam ſint acqviſituri juſti in reſurrectione.* Non a. addi dicit vocem עמי voci *ſepulchro*, qvia ibi etiã impii ſubintelligantur. Ad *Dan.* 12. 2. ℞. illum locum paulò ante expoſuiſſe *Abarbanelem in Nach. Aſ.* (ut & *rad. 6. Præf. in Eſ.* & *in Eſ. 26. 19. f. 44. col. 4.* adhuc magis) & *Talmud ipſum in Roſch Haſchana* de impiis & piis ſimul. רבים autem notare omnes fuſiùs probant Theologi. *R. Saadiæ* explicationem hujus loci rejicit ipſe *AbenEſra in h. l.* Cùm enim dixiſſet ורבים אמר הגאון כי פירושו אלה שיקיצו יהיו לחיי עולם ואלה שלא יקיצו יהיו לחרפות ולדראון עולם *Haggaon (R. Saadias) dicit vocem* ורבים (*& multi*) *ita explicandam eſſe: eos, qvi evigilabunt, vitam æternam conſecuturos, eos verò, qvi non evigilabunt, opprobrio & ignominiæ æternæ iri expoſitum;* ſubjicit deinde refutationem, qvæ licet qvidem non ſatis bona ſit, ſufficit tamen exinde patere *Saadiæ* mentem ab ipſo Rabbino fuiſſe rejectam. Refutat qvoqve hanc explicationem *Saadiæ* ipſe *Abarbanel in Eſ. 26. cit.* ex eo, qvod *Daniel uſurpet* verbum יקיצו (*evigilabunt*) qvod & תחייה & תקומה ſ. piorum & impiorum reſurrectionem complectatur (qvam tamen diſtinctionem Rabbini maximam partem rejiciunt, ut infrà di-

Ad Ezech. 37. 12.

Ad Dan. 12. 2.

dicetur,) ſi verò ſolos pios voluiſſet intellectos, dicere debuiſſet יחיו (*vivent*). Egregiè deniqve *R. Joſeph. Jachias* in h. l. ſcribit: ואז יתחרש מופת תחיית המתים כי רבים מישני עפר יקיצו אלה לחיי העולם והם הצדיקים ואלה לחרפות לדראון עולם והם הרשעים וסבת תחייתם למען שהרשעים יודו בפומבי היות אמונתם שקר ואשר האמינו בם ורדפו אחרי ההבל ויהבלו והם יכירו כי שקר נחלו אבותם ſ. ut transfert *Dn. L' Empereur : Tunc fiet miraculum reſurrectionis mortuorum; Nam multi dormientium in terra pulverulenta expergiſcentur, hi ad vitam æternam, qvi ſunt ſancti; illi verò ad opprobria & deteſtationem æternam, qvi ſunt impii, Qvorum reſurrectionis cauſa eſt, ut impii fateantur palàm ſuam fidem eſſe falſam, & eos, qvi ipſis fidem habuerint, perſecutos fuiſſe vanitatem, atq; evanuiſſe, ipſiq; agnoſcant ſuos majores falſitatem poſſediſſe.* Addimus & illos errare vehementer, qvi dicta hujusmodi allegoricè explicant. Sed ulteriùs.

Ad rationes pro ſolorum juſtorum reſurrectione allatas, & qvidem ad 1.

Ad rationes ergò allatas pro ſolorum juſtorum reſurrectione ℞detur, & qvidem ad 1. ex *Bereſch. Rabba* rejici eam ab ipſo *Abarbanele in Eſ. rad. 6.* dicente: לא כוונו בזה לשלול התחייה מהבלתי צדיקים כי אם להודיע ענין התועלת והשכר הנקנה בה שלא תהיה כגבור גשמים שיהנו מהם כצדיק כרשע: *Non intenderunt* (Rabbini) *hoc dicto reſurrectionē aliis præter juſtos denegandā eſſe, ſed indicare voluerunt utilitatem & præmium per illam acqviſitum non ſe habiturum inſtar pluviæ, à qva pii ſimul & impii utilitatem capiant.* Imò addit hanc ſententiam eſſe è *Bareitha* pronuntiatam à *R. Abbu*, nec ab omnibus receptam.

Ad rat. 2.

Ad rat. 2. *R. Albo* ℞detur: etiam impios extitiſſe, & hinc fore aptos, ut iterum exiſtant, atqve ſic fundamentum, cui *Albo* innititur ruere. Ut taceam, etiam animalia extitiſſe, qvæ tamen non reſurgent.

Ad rat. 3.

Ad rat. 3. *Moſis de Trana* ℞. ſicut meritum piorum non impetravit creationem, qvia hac ratione nulli impii extitiſſent; ita nec impetra-

petrabit reſurrectionem. Deinde hîc præſupponitur hypotheſis, qvaſi reſurrectio in genere ſit merces, cum non niſi reſurrectio ad vitam merces ſit. Ad rat. 4. *R. Zabara* ℞. Propter Iſraëlem eſſe conditum mundum, ne ipſi Rabbini excluſivè admittunt, dum alii etiam propter legem, alii determinatè propter Moſen, alii propter decimas & primitias frugum &c. mundum conditum ſtatuunt, eadem ducti ratione, qvâ *Zabara*; qvod ſcil. illa omnia vocentur ראשית referente *R. Ephraim in Seph. Ir. Gibbor. f.* 41. *col.* 4. Qvi ipſe autor finem creationis alium, qvàm *Zabara* affert, dum ait *f.* 42. *c.* 1. ואומר אני בדרך כלל שמתחלת בריית העולם צפה הקב״ה התכלית האמיתי והוא מעשיהם של צדיקים ורשעים שעל פי זה יהיו כל הסיבות כדאיתא במדרש הרבתי *ſ. dico ego in genere, ab initio creationis mundi Deum benedictum prævidiſſe finem verum, ſc. opera juſtorum & impiorum, ut proptereà omnes cauſæ exiſterent, ut habetur in Midraſch Rabbethi.* Prætereà ſi ſeqvitur, ut putat *Zabara*, qvia propter Iſraëlem conditus ſit mundus, E. etiam ei competere reſurrectionem; etiam ſeqvetur, impios eſſe reſurrecturos, ſiqvidem inter Iſraëlitas etiam impii magno numero reperiuntur. Aut E. illi non erunt Iſraëlitæ, aut reſurgent. Qvod ſi velit excipere à potiori fieri denominationem, qvis credat recutito pios numeroſiores eſſe impiis? Ad rat. 5. *R. Sirſæ* ℞. probationem ab imagine divina petitam etiam pro impiis urgeri poſſe. Erant enim in Adamo omnes ad imaginẽ Dei conditi. Itaq; cũ in omnibus deleta ſit illa imago, etiã omnes eam recuperare debent & reſurgere, ſi ſeqvitur: homines ſunt conditi ad imaginẽ Dei; E. illã amiſſam in reſurrectione recuperabunt. Ad *rationes pro ſolis pœnitentibus* allatas ℞. & qvidem *R. Saadiæ*, ſi impœnitens puniendus eſt, utiqve debet reſurgere, ut etiam in peccatis mancipato corpore pœnam ſuſtineat. Tum ille præſupponit reſurrectionem in genere mercedem eſſe, cum tamen hoc tantùm de reſurrectione ad vitam verum ſit. *Moſi* autem *de Trana* ℞. exinde qvia iniqvitas maneat ſuper impium, ſeqvi potius illum reſurrecturum, ut etiam in corpore patiatur. Tum ille eandem cum *Saadia* falsò tenet hypotheſin. Atqve ita examinatâ Rabbinorum illu-

Ad rat. 4.

Ad rat. 5.

Ad rationes pro ſolis pœnitentibus allatas.

Ἐπίκρισις ſententiæ Rabbi-

norum impios reſurrecturos negantium.

De phraſi: habere partem in ſeculo futuro.

illorum ſententiâ, qvi ſolis juſtis reſurrectionem asſignant, deſcendimus ad excutiendam illorum ſententiam, qvi impios reſurrecturos negant, dicturi qvomodo illi id intelligant, & cum cæteris conveniant. Itaqve qvi ajunt, impiis non eſſe partem in ſeculo futuro non intelligunt per ſeculum futurum ſtatum beatum animarum, (qvi aliàs etiam per ſeculum futurum apud Hebræos indicatur), ſiqvidem eſt evidentisſimum impiorum animas poſt mortem in ſtatu fore miſero, neqve à Judæis negatur; ſed intelligunt iſtud ſeculum, qvod mille annis poſt reſurrectionem, qvando anima corpori juncta erit, pii cum Mesſia in his terris ſint exacturi. Nam Olam Habba ſ. ſeculum futurum duplex eſt apud Rabbinos, ſicut edocemur à *R. Meir in Afod. Haccodeſch fol. 54. col. 1. init.* ita ſcribente: הנה גזר אומר ששם העה״ב יאמר על עולם הנשמות ועל העולם הבא אחר התחיה ושח״ל ישתמשו בו לכל אחד משני הענינים וזו פשרת הכל כי אין מחלוקת בשמות כי אם בענין עצמו לדעת אם שכר מצות יקנה הצדיק בעולם הבא אליו מיד אחר המות ויפורש לפי זה העולם הבא עולם הנשמות ושם הוא סוף מתן שכרן של מצות והגמול האחרון או אם הוא אחר תחיית המתים והזמן ההוא יקרא עולם הבא *Ecce ſtatuit* (R. Maimon), *qvod nomen ſeculi futuri dicatur de ſeculo animarum & de ſeculo futuro poſt reſurrectionem, & qvod Sapientes noſtri p. m. utantur eo* (nomine) *de utroq;. Sed hæc transactio ſ. conventio vana eſt,* (ſ. fruſtrà videtur ſibi cum Rabbinis conſentire) *ſiqvidem non eſt controverſia de vocabulis, ſed de re ipſa, ut ſciatur, an mercedem præceptorum poſſesſurus ſit homo juſtus in ſeculo, qvod ei obveniet ſtatim poſt mortem, explicabiturq; hac ratione ſeculum futurum de ſeculo animarum, ubi finis eſt redditionis mercedis præceptorum, & ultima retributio; aut an ſit* (futura merces) *poſt reſurrectionem mortuorum, qvod tempus vocetur* (etiam) *ſeculum futurum.* Refert tamen

men ille ipſe *R. Meir f.* 53. *col.* 4. propriè ſeculum futurum ſ. Olam Habba ſignificare illud ſeculum, qvod futurum eſt ſtatim poſt reſurrectionem juxta *R. Meir Ben Todros Levitæ* ſcribentem ad ſapientes *Luniel* contra *Maimonidem:* מתרעם אני עליו שבזה כפר בתחיית המתים שהוא נקרא העולם הבא באמת ואם קבלנו שאין בו גוף וגויה אם כן אין שם תחייה *Ego obmurmuro ei* (Maimonidi), *qvod hoc ipſo negarit reſurrectionem mortuorum, qvæ vocatur reverâ ſeculum futurum. Qvod ſi autem tradamus, non eſſe in eo corpus nec corporeitatem, neq; ibi futura erit reſurrectio.* Addit deinceps alterum illud ſeculum ſ. Olam Habba, qvod anima, poſteaqvam à corpore ſeparata eſt, illicò ingreditur, rectius Olam Hanneſchamoth ſ. ſeculum animarum vocari. Qvid qvod phraſis: חלק לעולם הבא *pars in ſeculo futuro*, explicetur per חלק בתחיית המתים *partem in reſurrectione mortuorum in Gemara in Sanhedr. c.* 11. *init.* Itaqve qvando in *Afc. Rochel, in Megilla, in Sanhedrin,* & aliis locis ſuprà allegatis dicitur, impios non venturos in ſeculum futurum, eos eſſe reſurrecturos negatur. In loco autem *AbenEſræ in Pſal.* 1. 5. ſuprà itidem citato negatur reſurrectio impiorum, qvia 1. dicit, animas impiorum perituras, qvâ phraſi uti aliàs Rabbini ſolent, qvando eas non fruituras unà cum corpore gaudio ſeculi futuri innuere volunt. Nam *Moſes de Trana fol.* 110. *col.* 3. vocat impios כלים ונאבדים conſumptos & perditos, ſ. aſſerit, qvod conſumi & perire debeant, qvi tamen autor tenaciſſimè ſolorum juſtorum reſurrectionem defendit. Et *R. Salomo Ben Mel. in Micb. Jophi in Pſ.* 1. *v. ult.* ſcribit: ודרך רשעים תאבד כי במותם אין להם תקומה כמו שאמר לא יקומו והאבדנה נפשותם וילכו לאבדון כמו שאמר ואת נפש אויביך יקלענה וגו *Via impiorum peribit, qvoniam, cùm morientur, non erit illis reſurrectio, ſicut dicit* (v. 5.) *non reſurgent; & peribunt animæ eorum, ibuntq; in interitum, ſicut dicitur: animam inimicorum tuorum fundâ petet &c.* (1. Sam. 25. 29.) 2. Dicit, memoriam impiorum perituram in hoc mundo. Sed ſi reſurgerent, & ſeculum illud

De loco Aben Eſræ in Pſ. 1. 5.

illud futurum poſt reſurrectionem in his terris cum piis exigerent juxta Rabbinorum mentem, memoria eorum non periret. 3. Aliis etiam in locis patet, *Aben Eſram* impiorum reſurrectionem negaſſe. Nam in *Eſ.26. 19.* ſcribit, ſuffixum in מתיך Deum reſpicere ut tantùm Dei mortui ſ. juſti victuri ſint. Et qvæ ſunt alia loca. Sed ulterius. De *R. Kimchii* ſententia, qvod ad impiorum reſurrectionem, ſuperiùs adducta tale ferri poteſt judicium, ut reſpondeatur Contradicentibus, eum ſcilicet illam iis denegaſſe. Qvod ſi aliqvi opponant, denegaſſe impiis תחייה ſ. reſurrectionem ad vitam, non autem תקומה ſ. reſurrectionem ad judicium, Rdetur in locis ſuprà ex eo adductis ſc. Eſ.26. 19. Eſ.38. 18. &c. תחייה qvidem impiis denegatur; ſed tamen illam diſtinctionem *Kimchius* non admittit, cum in Pſ. 1. 5. etiam impiis תקומה deneget, & in eodem verſu Pſ. 1. ut & in Eſ. 26. 19. תקומה etiam piis adſcribat. Qvemadmodum itaqve *Kimchius* promiſcuè תחייה & תקומה uſurpat ſ. ſermo ſit de piis ſive de impiis, ita etiam alii Rabbini hanc diſtinctionem neſciunt. Ut maneamus in ſuprà citatis, videatur *R. Bechai* in ſectione וזאת הברכה *Raſchi* in Eſ.26. v. 19. *Rabbi Abraham Ben R. Jehuda Chaſſan in Chibbure Lecerb* in Eſ.26 14. *R. Salom. in Chel. Riſch. f. 95. col. 2. R. Jachias in* Dan. 12. 2. *& R. Ben Mel. in Pſ. 1. Abarb.* eqvidem in Eſ. *f. 44. col. 4.* tradit: שההקמה היא שוב הנפש אל הגוף ובנאו לקבל שכרו או ענשו והחיות הוא השכר והנצחיות בהשגה האלקית *qvod verbum* הקים *adbibeatur, qvando revertitur anima in corpus & inſtaurat illud, ut accipiat mercedem aut pœnam ſuam*, (ſ. qvod complectatur reſurrectionem piorum & impiorum ſimul) חיה *autem notet mercedem & æternam Dei apprehenſionem*; In qva ſententia ab alio, ut ſcribit, accepta mirè ſibi placet. Sed an iſta diſtinctio tot defenſores inveniat, ut tribuendum ei aliqvid ſit, dubitatur. Certè in locis noſtris de reſurrectione allegatis non invenit, qvod ſufficit. Nam ſic Rabbini verbo קום negantes impior. reſurr. negarent tantùm reſurr. ad vitam, qvod eſt contra eorū mentē. Imò hac ratione nemo Judæorum reſurr. imp. ſimpliciter negaret, qvod eſt contra ipſ. *Abarb.* Non E. noſtra facimus verba magni *Slevogtbi diſp. de Metempſych. §. 12: Per* תחיית המתים *enim non intelligunt re-*

De R. D. Kimchii ſententia.

ſurre-

ſurrectionem ſimpliciter, ſed eam, qvæ ad ſalutem eſt. Et mox ſeqventia: *qvando ſecundum Talmudicos impiis non eſt* תחייה, *non ſeqvitur, eos non eſſe reſurrecturos, ſed ſaltem non eſſe reſurrecturos ad vitam.* Neqve facimus cum Philologis aliis, qvi qvidem non ſimpliciter à Judæis approbatam hanc diſtinctionem, utilem tamen volunt & magni momenti. Qvodſi autem Philologi alii opponant, *Kimchium* non tamen denegare impiis τὴν διαμονὴν animarum. ℟demus, num illa διαμονὴ huc pertinet? An ſeqvitur, ſi admittit διαμονὴν animarum, E. etiam admittit reſurrectionem? An animæ reſurgent? Qvod cecidit, reſurget; ſed corpus cecidit, non anima. E. Vel: An illi, qvi eum improborum reſurrectionem negaſſe ajunt, etiam διαμονὴν animarum negaſſe dicunt? Minimè gentium. Hinc ſupra inter loca probantia reſurrectionem mortuorum etiam ejuſmodi ex illo *Kimchio* adductus locus eſt, uti de animabus dicit, qvod remaneant in Gehenna, qvamvis eas mori, perire, conſumi comburiq; aſſerat, ut pateat, licet durius loqvatur, non tamen illum τὴν διαμονὴν negare. Pergimus ad rationes pro negata impiorum reſurrectione allatas. Prima ratio, qvod impii etiam, dum adhuc vivunt, vocentur mortui, qvæ urgetur in *Beth Eloh. Chibbure Lecetb, Minhagim Germanicis, & Ir Gibborim* infirmo ſtat talo. Nam in *Ir Gibborim* dicuntur impii, dum vivunt, eſſe mortui, qvia indulgeant voluptatibus ſuis, & tantum alimento corporeo ſuſtententur, non verò alimento animæ. Unde ita videtur concludi: Impii, qvia alimento corporeo ſuſtentantur, ſunt vivi mortui. Ratio eſt, qvia anima, per qvam homo vivit, non nutritur alimento corporeo, ſed ſpirituali, qvale alimentum impii non curant. Si autem alimento corporeo tantùm ſuſtentantur, & hinc vivi vocantur mortui, non debent reſurgere, qvia in reſurrectione hujuſmodi alimento corporeo nullus erit locus, ſed potiùs ſpirituali, dum luce Dei homines fruentur. Sed hæc gratis dicuntur, cum præſupponant reſurrectionem mercedem eſſe, qvæ tamen merces tantùm ad pios pertinet. Licet enim impii non fruituri ſint luce Dei, nec animæ cibo nutriantur, nihilominus reſurgere debent, ut etiam in corporibus pœnas luant. Neqve accuratè loqvendo dicuntur

Ἐπίκρισις rationum pro negata impiorum reſurrectione allatarum.

℟. ad rat. qvod impii, dum vivunt, vocentur mortui.

vivere, etiamſi reſurrexerint, cùm tum moriantur במיתת הנפשות morte animæ ſive ſecundâ morte; ut ita τὸ vivere illis tributum non vitam veram innuat. Ratio altera, qvæ itidem extat in *Ir Gibbor.* petitur ex Gen. 27.39. ubi in benedictione Eſavi rogetur Deus, *ut det de rore cœli deſuper*, i. e. de rore terreno, qvi aliàs in terram cadit; in benedictione Jacobi autem dicatur *de rore cœli*, ut indicetur ros ille ſupernaturalis virtutis, qvo Deus Jacobum cum ſuis poſteris erat reſuſcitaturus. Sed ℞. An rore aliqvo ſupernaturalis virtutis reſurrectio fieri debeat, probari non poteſt, & ſupra fuit diſcuſſum. Deinde anne Jacobi poſteri omnes habendi ſunt pro piis & juſtis, qvi reſurrectionem mereantur? Annon multi impii hodienum etiam adhuc inveniuntur fatentibus Rabbinis ipſis inter eos, qvi Jacobum Patrem agnoſcunt ſuum? Annon Jerobeam, Achab, Menaſſe, fuerunt Judæi, Jacobo patre oriundi? Sed tamen illi propterea non reſurgent, juxta *Megillam* l. c. Annon inter Judæos fuerunt Epicuræi, incantatores, blaſphemantes &c.? Sed hujusmodi homines, qvamvis Judæi fuerint, non tamen propterea reſurgent, juxta *Sanhedrin.* l. c. Locus Eſ. 26. 19. in probationem allegatus, jam ſuprà eſt examinatus.

℞. ad rat. ex Gen. 27. 39. deſumptam.

Qvalis porrò eſt ſimilitudo à *Salomone in Chel. Riſchon* ex *Coſri* allata; Dicit autor *Coſri* gentiles eſſe inſtar hominis picti in pariete, Iſraëlitas verò inſtar oſſium aridorum. Qvemadmodum itaqve oſſa arida licet externo aſpectu tetra appareant, reſurgant, non tamen homo pictus, licet elegantem exhibeat imaginem, numeris omnibus abſolutam: ita etiam Iſraëlitas, non autem gentiles ſpem reſurrectionis habere. Sanè nulla eſt hæc comparatio. Primò enim per populos colentes ſtellas & planetas non poterit intelligere omnes illos, qvi non ſunt Judæi, ſiqvidem maxima hominum, qvi Judaicis ſomniis non adhærent, corona non colit ſtellas. E. etiam concedat illos reſurrecturos. Deinde ex eo, qvod apud Ezechielem c. 37. v. 11. mortui illi ſuſcitati dicuntur fuiſſe domus Iſraël, non colligi poteſt, ſoli Iſraëli competere reſurrectionem, cum multi Rabbinorum hanc hiſtoriam jam factam eſſe, non verò futuram demum doceant; alii parabolam velint, & ſic

℞. ad ſimilitudinem à Coſri allatam.

iſti

Iſti argumento parum tribuant. Nam in *Sanbedr. c.11. f.92. col.2.* legitur : רבי אליעזר בנו של רבי יוסי הגלילי אומר מתים שהחיה יחזקאל עלו לארץ ישראל ונשאו נשי' והולידו בנים ובנות עמד ר' יהודה בן בתירה על רגליו ואמ' אני מבני בניהם והללו תפילין שהניח לי אבי *Ribbi Elieſer filius Ribbi Joſe dixit : mortui, qvos vivificavit Ezechiel, aſcenderunt in terram Iſraëlis, & duxerunt uxores, & generarunt filiôs ac filias. Tum Ribbi Jebuda filius Betbira ſtetit ſuper pedes ſuos, & dixit : ego ſum ex nepotibus eorum, & hi ſunt Tephillin, qvos reliqvit mihi pater meus.* Ibidem in ſeqq. fusè diſputatur, qvinam illi mortui fuerint, ubi *Raf* ait fuiſſe filios Ephraim ; *Samuel* putat fuiſſe eos, qvi non crediderunt mortuos revicturos; *R. Jeremia Bar Rabba* exiſtimat fuiſſe pietatis in Deum & ejus ſucci ignaros, qvia appellentur oſſa arida ; *R. Iſaac Schmidt*, fuiſſe eos, qvi templum variis vermibus & reptilibus depictís contaminarant ; *R. Jochanan* fuiſſe mortuos in valle Dura. Qvæ omnia repetuntur *in Michl. Jophi ab Abendana* in h. l. E. ſtatuunt nonnulli Rabbini hiſtoriam Ezechielis jam factam eſſe. Alii autem non reverà mortuos fuiſſe ſuſcitatos arbitrantur, ſed fuiſſe ſolummodò parabolam. Hinc *l.c. f.92. p.2.* in præcedentibus ita diſputatur contra ſententiam oppoſitam : ר' אליעזר אומר מתים שהחיה יחזקאל עמדו על רגליהם ואמרו שירה ומתו ומה שירה אמרו ה' ממית בצדק ומחיה ברחמים ר' יהושע אומר שירה זו אמרו ה' ממית ומחיה מוריד שאול ויעל ר' יהודה אומר אמת משל היה אמר לו ר' נחמיה אם אמת למה משל ואם משל למה אמת אלא באמת משל היה *R. Elieſer dixit : mortui, qvos Ezechiel vivificavit, ſteterunt ſuper pedes ſuos, & cantârunt canticum ac mortui ſunt. Qvodnam autem canticum cantârunt? Dominus occidit per juſtitiam, & vivificat per miſericordiam. R. Joſua dixit : Dominus occi-*

occidit & vivificat, dejicit in ſepulchrum, & educit. (1. Sam. 2. 6.) *R. Jehuda dixit: Verum eſt, parabola eſt. Dixit illi R. Nehemia, ſi verum eſt, qvomodo parabola eſt, & ſi parabola eſt, qvomodo verum eſt? ſed reverâ parabola eſt.* Qvi autem parabolam volunt, vel volunt adumbrari illâ collectionem captivarum multitudinum Judaicarum, ut per ſepulchra intelligantur terræ gentilium, in qvibus Judæi vivunt, & verba: *dabo ſpiritum meum in vobis*, intelligantur de redemptione, cujus tempore homines ſcientiâ pollere debeant; vel volunt adumbrari reſurrectionem mortuorum. Prima ſententia eſt R. Davidis *Kimchii*, altera *Elieſeris* in Pircke, & *Abarbanelis*, qvi & ſuam cum *Elieſeris* ſententia & *Kimchii* mentem recitat *in com. in proph. f.* 204. *col.* 1. Imò ſi ſoli Iſraëlitæ reſurgerent, uti ex loco Ezech. citato probare volunt Judæi, anne exinde ſeqvitur, ſolos pios reſurrecturos. Scilicet in hunc ſcopulum multoties Judæi impingunt, ut omnes ad ſuum populum pertinentes pro juſtis habeant. Addimus ipſi *R. Salomoni* hanc ſimilitudinem diſplicere, cum addat *l. c. f.* 88. *col.* 2. *in fin.* והרמיון הזה. לדעתי אינו צודק כי חס ושלום האומה הישראלית אינה נמשלת למת ולא לעצמות חס ושלום אלא הם דומים לחולה וכו *Similitudo hæc juxta mentem meam illegitima eſt, abſit enim populum Iſraëliticum comparari cum mortuo, & oſſibus, abſit; ſimiles enim ſunt ægro (tantùm) &c.* Qvod ſi itaqve ne ipſi Judæi volunt comparari cum oſſibus, multò minùs gentiles ſ. qvi Judæi non ſunt, cum picturâ comparari debent.

Ἐπίκρισις ſententiæ Rabbinorum impios reſurrecturos affirmantium.

Qvod attinet ad illos Rabbinos, qvi impios reſurrecturos volunt; reſpondemus *R. Alſchecho*, rectè eum ſentire qvidem, dum omnes qvatuor Monarchias reſurrecturas dicat; additam tamen Rabbinorum traditionem nullam eſſe, qvod propterea impii reſurgere debeant, ut Judæi afflicti videant ultionē, qvi propterea cum vitiis reſurgant, ut visâ vindictâ ſanentur. Nam vel præſupponit omnes, qvi Judæorum traditiones non amplectuntur eſſe impios; vel ſi eos præcisè intelligit, qvi Judæos acriter perſecuti ſunt, reſurrecturos omnes negabit. *R. Elieſeri in Pirke & R. Macir in Aſc. Roch.*

Rx. qvod

℟. qvod excipienda ſit generatio antediluviana à numero impiorum reſurgentium probare volunt Rabbini illi ex trito loco Eſ. 26. v. 14. Rephaim non reſurgent; qvemadmodum ejus rei, qvod hoc dictum fundamenti loco urgeant, fidem nobis facit *R. Abarbanel præf. in Eſ. rad. 6.* Sed regerimus 1. poſito qvod hîc impiorum reſurrectio negetur, non tamen concludi poteſt pro excipiendâ ſolâ generatione antediluvianâ. 2. Rabbini plurimi per Rephaim impios in genere intelligunt, v. g. *R. Abraham Ben. R. Jehuda Chasſan in Chibb. Lec. fol.* 44. *col.* 4. explicat Rephaim de illis שרפן ידיהן מן המצות ותור׳ *qvorum manus remiſſæ fuerunt à præceptis & lege,* qvi ſunt impii in genere, ceu etiam in ſeqq. ibidem ſcribit: למעלה התפלל שלא יחיו הרשעים ſuprà (in v. 14. Eſ. 26.) *precatus eſt* (propheta) *ut impii non vivant.* Ita etiam *Kimchi* in h. l. per Rephaim in genere impios intelligit, non præciſè generationem antediluvianam. Conf. etiam *Bechai* in Deut. 33. 3. *R. Salomo in Chel. Riſch. f. 95. col. 2.* explicat Rephaim de iis, qvi defecerunt per mortem, qvâ ratione de omnibus hominibus mortuis poterit intelligi. 4. Videntur autem in loco dicto intelligi per Rephaim illi mortui, qvi in præced. verſu vocantur domini, ſ. tyranni, de qvibus tamen non negatur reſurrectio, ſed indicatur eos non amplius populum Judaicũ in cultu Dei eſſe impedituros.

℟. Elieſeri & R. Macir.

R. Salomoni in Chel. Riſch. ℟. benè dici in loco Dan. 12. 2. agi tàm de piorum qvàm impiorum reſurrectione; modò non neget fortasſis *R. Salomo* omnes homines reſurrecturos, qvamvis pios & impios reſurrecturos afferat. *R. Abarbaneli* ℟. fundamentum illud, qvod terra homines non caperet, ſi omnes reſurgerent, nullum eſt; cum nitatur falsâ illâ hypotheſi de regno Mesſiæ mundano, poſt reſurrectionem in his terris peragendo; qvæ opinio ita mentes Judæorũ occupavit, ut deliciis iſtis mundanis, qvas ſperant, ineſcati, in varios errores alios præcipites prolapſi ſint. *R. Haſday Creſcæ* à *R. Menaſſe* allegato ℟. intermediis, qvi neqve juſti, neqve injuſti ſunt, ſive ut ſupra ex *Talmude in Roſch Haſchana fol.* 16. *col.* 2. dictum שעונותיהם וזכיותיהם שקולים *qvorum iniqvitates & juſti-*

℟. R. Salomoni.

℟. R. Abarbaneli.

℟. R. Haſday.

tiæ pares ſunt, etiam competit reſurrectio. Nam etiam in vita æterna & inferno gradus dantur præmii & pœnæ. Præſupponit enim falsò *R. Haſday*, dum affirmat, eos, qvi rectisſimè vixerunt, tantùm vitam æternam ingreſſuros, in illâ non eſſe gradus gloriæ; & dum ait ſolos illos, qvi pesſimè vixerunt, in infernum eſſe detrudendos, in illo non eſſe gradus pœnæ. Ex hoc fundamento negat intermedios reſurrecturos, cum neutri reſurgentium cœtui asſociari posſint. Qvid qvod iniqvitates & juſtitiæ pares eſſe non posſint, cùm mala opera ſint perfectè mala, bona verò imperfectè bona. Imò ipſe *R. Becbai in Deut.* 33. ſcribit: בינוניים יורדין לגיהנם ונדונין שם י״ב חדש לאחר י״ב חדש גופן כלה ונשמתן נשרפת *Intermedii deſcendent in Gehennam, ubi per duodecim menſes judicabuntur; elapſis duodecim menſibus corpus eorum conſumetur, & anima comburetur.* Cum itaqve concedat corpora in Gehenna punitum iri, concedit etiam reſurrectionem, qvæ corporum non animarum eſt, qvamvis in cæteris, qvæ addit, aſſenſum non mereatur. Atqve ita his etiam discusſis videamus, qvomodo nihilominus Rabbini negent, omnes homines reſurrecturos, licet piis & impiis reſurrectionem asſignent. Illi autem, ut ſuprà diximus, duplicem conſtituunt claſſem. Prima eorum eſt, qvi ſolis Judæis reſurrectionem asſignant. Qvamvis autem inter eos multi ſolorum juſtorum reſurrectionem defendant, alii tamen de impiis illam unà affirmant. Ita v. g. *Becbai* ſuprà citatus in *Cad Haccemach*, & *ſectionibus aliqvibus legis* expreſsè negat gentiles reſurrecturos, qvi tamen impios punitum iri in Gehenna unà cum corpore duodecim menſibus *in Deut.* 33. *citat.* expreſsè aſſerit. Itaqve per impios illos intelligit procul dubio impios ex gente Hebræa, non aliâ. Dum autem ait, reſurrectione dignari ſolos Judæos videtur præmium reſurrectionem ſalutare, qvod tamen facere non poteſt, cum impiis reſurrectio ad damnationem non ſit præmium, qvos tamen impios reſurrecturos ipſe adſtruit. Videat ergò, qvomodo ſua aſſerta conciliet. Ad dicta allegata ſuprà reſponſum eſt. Altera claſsis eorū, qvi pios & impios reſurrecturos aſſerunt, eſt illorum, qvi præter Judæos etiam gentiles admittunt;

Qvomodo Rabbini omnes homines reſurrecturos negent, licet piis & impiis reſurrectionem asſignent?

&

& qvidem impios, cum delectu, ut aliqvi excipiantur. Atq; ita ad hanc claſſem etiam illi pertinent, qvos ſuprà in præcedentibus paginis citavimus, v. g. *R. Macir* excipiens hæreticos, Epicuræos, & reſurrectionem ex ſcriptura probari poſſe negantes; *Talmudiſtæ in Megilla* excipientes Jerobeam, Achab, Menaſſe, Bileam, Doëg, Achitophel, & Gechaſi; *Joſephus Gorionides* excipiens Antiochum; *R. Akifa in Sanhedrin* excipiens eum, qvi legit in libris extraneis, & incantat; *it. Abba Bar Schaul.* ibid. excipiens eum, qvi recitat nomen Tetragrammaton ſuis literis, &c. Hos noluimus in illa asſignata claſſe repetere, ſed ad ἐπίκρισιν, in qva mentem noſtrã magis declaramus, referre. Qvando autem porrò inter gentiles etiã piis reſurrectio adſcribitur, qvi vel præcepta Noachidarum obſervarunt, vel aliàs probè vixerunt, vel Judæos in ditione ſua tolerârunt; iterum fit cum delectu, & præſupponitur reſurrectionem eſſe præmium, cùm reſurrectio ad vitam non niſi ſit præmium, unde tamen non ſeqvitur, reſurrectionem ad damnationem, qvæ impiorum eſt, futuram non eſſe. Præcepta enim Noachidarum præmium, ſi obſerventur, mereri Judæi putant; adeò ut ſcribat *R. Meir in Afod. Haccod. fol.* 55. 1. יש לומר כי חסידי אומות העולם הם אשר קיימו כל תורת בני נח שהן ז מצות שנצטוו ואחר שקיימו תורתם הנה קנו המדרגה ההיא כמו שהצריקים הגמורים הם אשר קיימו כל תורת משה עה אלה כתורתם ואלה כתורתם הואיל וקיימוה כמו שנצטוו כלם יקנו המדרגה בעולם הבא כפי תורתם ואם כן למה לא נאמין שיזכו אל תחיית המתים הואיל וקיימו תורתם *Dici poteſt, pios inter populos mundi eſſe, qvi obſervârunt omnem legem Noachidarum, qvæ ſunt 7 præcepta illis demandata. Poſteaqvam autem impleverunt legem eorum, ecce acqviſiverunt gradum, qvem habent perfectè juſti, qvi obſervârunt totam legem Moſis p. m., unusqvisq; juxta legem ſuã; poſteaqvam a. obſervârunt eam, ſicut juſſi erant, omnes acqvirent gradum in ſeculo futuro; juxta legem eorum* (Noachidarũ). *Qvare itaq;*

 non

non credamus, qvod mereantur reſurrectionem mortuorum, qvandoqvidem impleverunt legem eorum? Qvemadmodum itaqve Judæi gentiles præcepta Noachidarum obſervantes propterea reſurrecturos putant, qvod mercedem meruerint; ita etiam illi, qvi gentilibus Judæos in ſuis finibus tolerantibus reſurrectionem aſſignant, eandem id ob cauſam faciunt, exiſtimantes ſcilicet & hac ratione eos aliqvid apud Deum fuiſſe promeritos, & ſic utriqve falsâ nituntur hypotheſi, qvaſi reſurrectio in genere merces ſit & præmium bonorum operum.

Ἐπίκρισις de ſtatu reſurgentium in reſurrectione.

℞. ad qvæſt. an eodem ſtatu, qvo erant morientes, it. an cum vitiis ſint reſurrecturi?

§. 2. Hæc in ἐπικρίσει de numero reſurgentium attuliſſe ſufficiat, ceu primo hujus capitis membro. Succedit alterum examinandum, qvod de ſtatu illorum in reſurrectione agit. Qvi dicunt eodem ſtatu reſurrecturos homines, qvo erant morientes, non malè dicunt, ſi id intelligant eo modo, qvod idem corpus recipiendum ſit, & eadem ſtaturâ; ſin etiam iisdem qvalitatibus, errant, dum aliis qvalitatibus corpora gaudebunt, fatente ipſo *R. Aarone Levita*, qvem infrà allegabimus. An autem cum vitiis corporis ſint reſurrecturi, an verò corpore integro & perfecto, ſi qværatur; reſponderi debet diſtingvendo inter pios & impios, ut & inter ea, qvæ pertinent ad humanam naturam, ut non posſint ab ea abeſſe, qvalia ſunt pes, manus &c. & qvæ ita non pertinent. Pii omninò perfecti & integri reſurgent. Impii autem ea qvidem, qvæ non poſſunt à natura humana abeſſe, ſ. ſine qvibus non eſt integra, ut ſunt materia & forma, anima ſcilicet & corpus, ea inqvam, habebunt in reſurrectione qvidem, attamen claudi, vel aliis vitiis deformes reſurgent, ſi tales fuerunt horâ mortis, ut judicat *Gerhard. T. 9. LL. CC. p.* 418.

℞. ad rationem, qvod agnoſci aliàs non posſint.

Ratio allata qvod agnoſci aliàs non posſint, ni cum vitiis reſurgant, nulla eſt. Nam etiam illi agnoſcentur, qvi vitiis illis carent, v. g. prophetæ, paſtores, principes concedentibus *R. Saadia l. c. qvæſt.* 4. & *R. Abarbanele præf. in Eſ. rad.* 8. illos paſtores & principes recenſente, ut ſuprà dictum eſt. Carent autem prophetæ, paſtores & principes illi vitiis, qvia vitia illa oriuntur ex enormi aliqvo peccato, ut cenſet *Moſ. de Trana loc. cit.* Nec vitium efficit, ut homo melius agnoſcatur,

cum

cum v.g. ſive claudus rectis inſiſtat pedibus, ſive non; æqvè ex facie vel aliis indiciis agnoſci ſufficienter posſit. Qvid qvod etiam impii agnoſci perfectè debeant juxta Rabbinos, ut homo pius ultionem videat, qvi tamen ſine dubio ipſis Rabbinis conſentientibus illa vitia retinebunt. Hinc ait *R. Alſcbecb in Thoratb Moſche f.323.c.4.*

שיאמר איש ישראל המוכה בראותו את מכהו הנה
זה הכני בידו ויראהו ית׳ נקמות באותו היד וכו׳:

Qvod Iſraëlita percuſſus intuens in percuſſorem ſuum dicturus ſit: ecce hic percusſit me manu ſuâ, & Deus benedictus oſtenſurus illi ſit ultionem de illa manu &c. Itaqve homo pius ſuum percuſſorem agnoſcat oportet. Rationes *R. Moſis de Trana* pro ſanatione iſtorum vitiorum itidem non valent. Qvando ait: כי המומים

℟. ad rationes *R. de Trana.*

בפרט הנולדים עם האדם הם מורים על רוע מזג
האדם כפי המום ההוא וכפי מקומו *qvod vitia ſpeciatim connata homini doceant de malo temperamento hominis pro ratione vitii & loci ejus*, in reſurrectione autem futuram השבחת
מזגם *meliorationem temperamenti eorum* nititur ratione alterâ ſtatim adjectâ כי מעלת האדם בחכמה ומעשים נגמרה
בהיותו בצלם אלהים כמו שהיה אדם הראשון יציר
כפיו של הקב״ה אשר בצלמו ברא אותו ובזה השיג
חכמת אלהים הוא ויוצאי ירכו ומי שנולד במומו
ויש בו חסרון שאינו שלם בצלם אלהים ובזמן
התחייה יוסר מומו וישאר שלם בצלם אלהים ויהיה
מוכן לחכמה ולמעשים טובים והיה ראוי שיחיה בלא
אותו המום אלא כדי שיוכר לכל שהוא הוא וגם
להראות לו זכות כי אם חטא קודם שמת אי זה
חטא יותר מבני גילו אולי היו בניה חטאים מתיחסים
אל המום ההוא ושנתרפא את כך ממנו ידונו כי מצר
המום חטא קודם איזה חטא יותר ועתה יהיה מנוקה

 ובלתי

ובלתי מוכן למה שחטא קודם: *Qvoniam excellentia hominis ſapientiâ & operibus abſolvitur, dum creatus eſt ad imaginem Dei, qvemadmodum homo primus fuit formatus manibus Dei benedicti, qvi eum ad ſuam imaginem creavit, qvo ipſo ille ſapientiam Dei aſſecutus eſt & poſteri ejus. Qvi autem naſcitur cum vitio, in eo defectus eſt, ut non ſit integer ad imaginem Dei. Tempore verò reſurrectionis auferetur ab eo vitium ejus, & fiet integer ad imaginem Dei, eritq; aptus ad ſapientiam & opera bona; Conveniebat qvidem ut reviviſceret ſine iſto vitio, ſed tamē ut cognoſcatur ab omni, qvod ſit ille ipſe, & ut ipſi oſtendatur juſtitia* (ita reſuſcitabitur). *Nam ſi peccavit, anteqvam moreretur, peccatum majus qvàm ejus coætanei fortasſis fuerunt inter illos peccatores, qvibus hujusmodi vitium proprium fuit, qviq; cum poſteà ſanatus fuerit, exinde judicabunt, qvod ob vitium iſtud peccaverit olim aliqvod peccatum majus, nunc autem futurus ſit purus, & ineptus ad id, in qvo olim peccavit.* Itaqve vult *R. de Trana* vitia hominis oriri ex malo temperamento, cujus corruptio orta ſit ex defectu imaginis divinæ. Qvia autem in reſurrectione imago Dei recuperanda ſit, vitia etiam illa ſanatum iri, ut homo integrè illam imaginem recuperet. Sed hic 1. loqvitur tantùm de vitiis connatis. E. qvi cum aliis vitiis ex infortunio contractis reſurgent, juxta Judæum non ſanabuntur. Videtur enim loqvi ex trito illo dicterio: Hüte dich für den / den GOtt gezeichnet hat. Qvomodo itaq; intuebuntur homines in percuſſorem ſuum, qvando plaga à percuſſore inflicta ſanabitur, juxta *R. Alſchech in Thor. Moſch. f.* 323. *col.* 4. & Rabbinos alios? 2. Si vitia à corrupto temperamento oriuntur, cujus corruptio nata ſit ex defectu imaginis divinæ; neceſſe eſt, ut homines omnes naſcantur cum vitiis, qvod ipſe Judæus non concedet, ſiqvidem omnes homines amiſerunt imaginem Dei, qvia omnes in Adamo peccaverunt. 3. Qvis non videt, de ſolis eum piis loqvi? Illi enim ſoli recuperabunt imaginem Dei, illi ſoli apti erunt ad ſapientiam & opera bona juxta Judæos. E. impii non reſurgent, qvod falſum, & ſuprà rejectum. 4. Qvamvis dicat in præcedentibus Judæus vitia hæc connata eſſe, videtur tamen hic concedere etiam con-

contracta vitia intelligi, dum ait, qvod homo hujusmodi vitio deformis majus commiſerit peccatum atqve ejus coætanei, ſive qvi ſub eodem ſigno cœleſti cum eo nati ſunt. An autem admittat Judæus peccata enormia ab infante in utero materno adhuc concluſo committi poſſe, ob qvæ infans vitio aliqvo inſigni notetur, meritò ambigi poteſt. *R. Saadiæ* ℞detur ad locum Deut. 32. 39. *℞.ad Deut.32. 39.*
qvem allegat, ut probet vitia in reſurrectione ſanatum iri; inibi eâ de re non agi, qvin potius de morbis lethalibus, ut vivificare ſignificet in vita conſervare; frangere, dolores & morbos immittere, qvibus corpora hominum franguntur atteruntur qve; ſanare autem ex morbis iſtis priſtinæ valetudini reſtituere. Id qvod probatur ex loco parallelo 1. Sam. 2. 6. Dominus mortificat & vivificat ſc. per liberationem ex terroribus & periculis mortis explicante *Gerhard. Tom.8. p.436. b.* In qvem locum egregiè ſcribit *R. David Kimchi* nobis conſentiens: יי ממית ומחיה את האדם
אמר בתחלה ממית ואח׳ כך מחיה כהפכו מחיה
שמעמידו בחיים ומאריך ימיו כשירצה וכן ותחלימני
והחייני והרומים לו שפי העמדת החיים באדם וכן
וכן אני אמית ואחיה וכו׳ *Dominus occidit & vivificat ſc. hominem. Dicit primo loco: occidit, & deinde vivificat, è contrario. Vivificat, dum in vita conſervat, & prolongat dies ejus, qvando vult, & ita dicitur: convaleſcere facis me & vivum conſervas me.* (Eſ. 38. 16.) *& qvæ ſunt ſimilia exempla, ubi ſignificat conſervationem vitæ humanæ &c. & ita dicitur* (Deut. 32. 39.) *occidam & vivificabo.* Qvamvis autem *R. D. Kimchi* in ſeqq. addat, qvod verſus hic etiam de reſurrectione mortuorum explicetur; cum priore tamen ſententia facere videtur, qvam adeò fusè explicat. Qvid qvod etiam *R. Seba* hujus loci Deuteronomii interpretationem, ut ſuprà dictum eſt, aliam ſuo commentario inſerat; Et *R. Salomo Ben Melech in Michl. Jophi in Pſ. 17. 13.* ita explicet: מרשע חרבך
מרשע שהוא חרבך ט׳ החרב והפלטה ממנו מאתך
הוא הכלי כמו שכתוב מחצתי ואני ארפא׳ :

Ab

Ab improbo gladio tuo i. e. ab improbo, qvi eſt gladius tuus (eripe animam meam); *qvoniam gladius & liberatio ab eo à Te eſt, ſicut*
℟. ad Eſ.35.5. *ſcriptum eſt: frango & ſanabo* (Deut. 32. 39.) Ad alterum locum, qvem itidem urget *R. Saadias* (& unà *Talmud*) ex Eſ. 35. 5. Reſp. ipſum *Kimchium* hîc non intelligere vitio deformes in proprio ſignificatu, nec accipere de reſurrectione mortuorum, ſed explicare hoc modo: אז תפקחנה / ישראל שהם בגלות כעורים וכחרשים וכפסחים וכאלמים *Tunc aperientur) Iſraëlitæ* (intelliguntur) *qvi ſunt in exilio ſicut cæci & ſurdi, ſicut claudi & muti.* E. non intelliguntur vitio deformes propriè tales. Nec de reſurrectione mortuorum accipit, ceu patet ex ſeqq. כי נבקעו במדבר מים / הנה אמר מיכה המורשתי כימי צאתך מארץ מצרים אראנו נפלאות והנה זה מהנפלאות שיבקעו במדבר מים ונחלים בערבה שימצאו מים רבים בדרך בשובם לארצם *Nam findentur in deſerto aqvæ.) Ecce dicit Micha Moraſchtites* (c.7. 15.) *ſicut diebus, qvibus egreſſus es ex terrâ Ægypti, faciam ut videat ille* (Iſraël) *mirabilia. Erit autem hoc ex mirabilibus aliqvod, ut findantur in deſerto aqvæ, & torrentes in ſolitudine, ut inveniant aqvas multas in via, cum revertentur* (Iſraelitæ) *in terram ſuam.* Hic ſanè illam reductionem in terram Iſrael, qvam Judæi in reſurrectione mortuorum ſperant, intelligere neqvit, cum ibi miraculo illo aqvæ non indigeant, ſiqvidem oſſa tantùm volutabuntur per cavernas ſubterraneas in terrâ Iſraelis demum animanda. Ipſe qvoqve *Raſchi* per פסחים claudos, non propriè tales; ſed חלשים ſ. imbecilles intelligit, cum *R. Chaſſan, in Chibb. Lec. germanicè* vertente דיא שווכין ſ. noſtro
℟. ad Jer. 31. 8. charactere die Schwachen. *Ad locum Jer. 31. 8. in Sanhedrin citatum* Reſp. iterum *R. D. Kimchi* de alio reditu in terram, qvàm qvi per reſurrectionem ſperatur, videtur intelligere, dum ita commentatur: כל כך יבאו בנחת שאפילו העור והפסח שיהיה בם וההרה והיולדת ילכו לאטם וארוני אבי ז"ל

ז״ל פי׳ ואמר כ״כ כך אובילם בנחת דרך ישר עד שיוכלו ללכת עמהם עור ופסח והרה ויולדת ולא יכשלו בהליכתם *Usq; adeò tranqvillè venient, ut etiam cæcus & claudus, qvi erit inter eos, & gravida ac qvæ peperit eant ſenſim. Dominus autem pater meus p. m. explicat, & ait: usq; adeò tranqvillè adducam eos viâ rectâ* (planâ) *ut poterint ire unà cæcus & claudus, prægnans & qvæ peperit, neq; impingant, dum eunt.* Qvæ repetit *R. Chaſſan* in h. l. Sanè de oſſibus in reſurrectione volutandis neqve hæc explicari poterunt. Qvod ſi aliqvis excipiat illos Rabbinos fortaſsis volutationem illam per cavernas negare, & ſtatuere qvod corporibus animabus redunitis redituri in ſuam terram ſint; obſtabit tamē, qvod mentionem faciant prægnantium & mulierum qvæ pepererunt. Ergonè tantùm temporis in viâ conſument, ut liberos intereà ſint procreaturi; & tantum temporis intercedet, donec vitia illa ſanentur? Sic enim metuendum fortasſis erit, ne multi moriantur v. g. fœminæ in puerperio, vel alii vitii ſui gravitate correpti, vel modo alio, ſicut factum in eductione ex Ægypto, cum qvâ comparat hanc *Kimchi* in Eſ. 35. 5. Qvid qvod in reſurrectione connubia exulent. Itaqve potius de vocatione ad Eccleſiam ſermo eſt, inprimis cum v. 6. præcedente dicantur aſcenſuri Tzionem. Locis ex *R. Seba, R. Alſchech, Bereſchith Rabba, & R. Zabara* citatis eadem reſponſio opponitur, cum eadem ibi argumenta proponantur. *R. Salomoni* autem Reſp. qvando putat Rephaim reſurrecturos dici propterea, qvod eodem modo, qvo defecerant ſ. qvo erant morientes, atqve ſic etiam cum vitiis redituri ſint, & deinceps ſanandi, errat. Nam duplicem qværit ſignificationem in voce Rephaim, ut 1. ſignificet deficientes à רפה deficere. 2. ſanandos à רפא mederi. Sed prior interpretatio bona eſt; & de deficientibus per mortem commodè intelligi poteſt; ut illi redeant eodem corpore, aliis tamen qvalitatibus prædito. Altera explicatio de ſanatione vitiorum locum habere non poteſt; ſiqvidem per Rephaim multi Rabbini alii, ut ſuprà dictum eſt, impios intelligunt, qvi à lege defecerunt, eandem ſtatuentes cum *R. Salomone* radicem רפה, ſed impios ſanatum iri à

℞. ad rat. R. Salom.

S vitiis

vitiis *R.Salomo* nobis non largietur, cum illud in ſingulari Dei beneficio Judæi ponant, qvod homines in reſurrectione ſanandi ſint. Imò ſi juxta *R. Salomonem* per Rephaim in genere mortui intelliguntur, concedere debebit mortuos in genere cum vitiis prodituros eſſe & ſanatum iri, qvod abſonum juxta Judæos ipſos; Qvod autem determinatè illi mortui, qvi ſanari debent, intelligantur, probari non poteſt. Sed miſsis his pedem promovemus ulterius, viſuri Judæorum ſententiam de veſtibus, cum qvibus reſuſcitati prodire debent. Præmittimus autem veſtibus poſt reſurrectionem nullatenus fore opus. Non erunt opus juſtis, cum illi peccato non amplius ſint obnoxii, veſtes autem ad peccaminoſam nuditatem tegendam adhibeantur. Qvod vidit ipſe *de Trana fol. 104. col. 2. in Beth Eloh.* ſcribens: כי בעולם הבא היצר הרע הוא יושב ובטל כמו שכתוב והסירותי לב האבן מבשרכם *Nam in ſeculo venturo concupiſcentia prava ſedebit & ceſſabit, ſicut ſcriptum eſt: & removebo cor lapideum è carne veſtra* (Ezech. 36.26.) Et mox addens: שיתבטל רוב יצר הרע מכל האנשים הקמים בתחייה *qvod concupiſcentia prava ſit ceſſatura ab omnibus reſurgentibus* (per qvos tamen ille juſtos intelligit, cum eos tantùm reſurrecturos velit). Nec induentur veſtibus impii, qvamvis peccatis ſqvaleant, cum aliàs ignominiæ & dedecori ſint exponendi. Hoc præmiſſo Rabbinorum probationes excutiemus.

℞. ad ſententiam de veſtibus reſuſcitatorum.

℞. R. Saadiæ.

Itaq; *R. Saadiæ* Reſp. dum ait: ואין השבת בגדיהם יותר קשה אצל השכל מהשבת גופותיהם ורוחותם *neq; reſtitutio veſtimentorum difficilior factu eſt rationi, qvàm reſtitutio corporum & ſpirituum illorum*, argumentatur à poſſe ad eſſe, in qva argumentatione N.V.C. De reſtitutione corporum eorundem clara habentur vaticinia, de reſtitutione veſtimentorum non item. Si itaqve neſcimus, Deum velle id facere, neqve aſſerere illud audacter debemus. Cumq; etiam *Abarbanel* in illum ipſum ſcopulum cum *Saadia* impingat, eandem qvoqve ſibi auferat reſponſionem.

℞. ad ſent. R. Meir.

R. Meiri ab *Abarb.* cita-

citato ℞. comparationem hominis mortui cum tritico non eſſe ultrà tertium comparationis extendendam, ſed conſiſtere tantùm in eo, qvod, qvemadmodum triticum non poteſt prodire, niſi prius in terra moriatur; ita nec homo, niſi prius terræ mandatus, & in terram converſus, reviviſcere. Aliàs ſi ulterius velimus extendere, multa ſeqventur abſurda. Ita cum triticum qvod nudum humatur, multis veſtibus involutum prodeat, etiam homo ſine veſtibus ſepultus multis indumentis prodiret, cum tamen Judæi tantùm illam veſtem, in qva ſepultus eſt, vel ſimilem recuperandam velint, & qvæ ſunt alia abſurda. Addimus *Abarbanelem* ipſum fateri argumentum illud à trrtico petitum non eſſe *Kalvechomer* neceſſariò concludens, ſed *Kalvechomer* פריכא מכמה טעמים *fragile ſ. invalidum ob multas cauſas.* Qvod majus eſt *R. Ephraim* ſuprà citatus *R. Meiri* videtur opponere etiam impios ſepeliri cum veſtibus, E. etiam illos iisdem prodituros eſſe, non verò ſolos juſtos, atqve ex hac ratione aliam illius aſſerti explicationem affert, qvod nimirum intelligatur aſſertum multò magis de juſtis, qvàm de impiis, & per veſtes denotentur juſtitiæ ſ. bona opera, hac ratione: ſi triticum humatur nudum (i. e. impii denudati præceptis ſepeliuntur) & tamen prodit veſtibus, (i. e. & tamen impii modò pauciſſima præcepta obſervârint, iis veſtiuntur, & mercedem reportant. Videtur enim loqvi de impiis comparativè ad juſtos ita dictis) multò magis juſti cum veſtibus ſepulti prodibunt. (i. e. qvi tot bona opera peregerunt, & tot præcepta ſervârunt, ut iis ornentur magnoperè.) Loca, qvibus hoc probare contendit examinabimus.

℞. ad ſent. R. Ephraim.

In Ezech. 16. 39. agitur de Eccleſia judaicâ, cum ſcorto comparatâ, qvæ dicitur exuenda veſtibus & ornatu, ac relinqvenda nudiſſima & retectiſſima inſtar adulterarum, qvando illæ publicè puniebantur. Ita accipit *R. Ben Melech in Michl. Jophi* in h. l. ſcribens: ערום ועריה שניהם תאר וכשידבר על כנסת ישראל ידבר פעם בלשון זכר ופעם לשון נקבה *Erom veërja) ambo ſunt adjectiva. Qvando autem* (Scriptura) *loqvitur de Eccleſia Iſraëlitica, loqvitur nunc in maſculino nunc fœminino genere.* E. ſermo eſt de Ec-

ad Ezech. 16. 39.

cleſia. Conſentit *Abarb.* ita explicans hunc locum : והניחוך ערום ועריה כלומ' בגלות ועבודת פרך וחוסר כל כמו שמצאתי אותך במצרים *ac relinqvent te nudiſſimam & retectiſſimam, qvaſi diceret in exilio & ſervitute ſæva & indigentia ſumma, ſicut reperi te in Ægypto.* Itaqve hoc dictum non agit præciſè de impiis, neqve per denudationem præciſè intelligi-
ad Cantic.4.3. tur carentia præceptorum, ut explicarat *R. Ephraim.* In Cant. 4. v. 3. deſcribitur pulchritudo Eccleſiæ, qvod velut fragmen malogranati ſint tempora ejus, i. e. vultus ejus inde à temporibus cum genis ſubjacentibus roſeo colore tinctus ſit. Nam vox Hebræa רקתך ſignificat tempus, qvi locus capitis ita vocatur, qvod qvaſi vacuus ſit carne, ut ita adhuc ad ſignificationem vacui reſpici poſſit. Diſcitur id ex *Ben Melech in Michl. Jophi in h. l.* Ita autem ille : הרקה נקראת טנפל"א בלע"ז ונקראת רקה למיעוט בשר בה כמו רקות בשר *Racka appellatur Tanpla vernaculè, & vocatur Racka, qvia parum ibi carnis eſt, juxta illud : Rackot Baſar.* (i. e. tenues carne ſc. vaccas videbat Pharao Gen. 41. v. 19.) Tum etiam *R. Moſ. Alſchech in Schoſchannas Haamackim* dictum hoc explicat qvidem, ut illa vox רקתך ſignificet vacuos, alio tamen ſenſu, qvam volebat *Ephraim*, dum ait : שלא היו בם מגלי סוד אמר כפלח הרמון שגרעיניו תחוכים בתוכו ולא יצאו או יפלו מאליהן בבצוע אותו כן היו אפי' רקתך רקנין שבך שכורם ועניניה בתוכם *Eò qvod non fuerint inter eos* (Judæos) *revelantes arcana, dicit* (Scriptura) *velut fragmen malogranati, in qvo grana abſconduntur; ut non prodeant, neq; decidant, qvando finditur : ita fuerunt etiam Rackatech i. e. vacui in Te, qvi arcana ſua & res ſuas apud ſe ſervârunt.* (Vox enim רקנין ab *Arama* & *Raſchi* in h. l. ſcribitur cum Jod ריקנין) E. non opus eſt, ut præciſè vox רקתך qvando ſignificat vacuos, de iis, qvi à præceptis vacui fuerunt, explicetur; qvæ gloſſa eſt veterum Rabbinorum, ab aliis alio modo explicantibus rejecta.

In

In Job. 33. 23. agitur qvidem de improbo, non autem exindè ſeqvitur, qvod demum poſt reſurrectionem bonum opus, qvod homo improbus inter tot peccata peregit, annunciandum ſit. Nam poterit intelligi de tempore hujus vitæ conſentiente *R. Nachmanide* (cujus commentarius in Jobum *Bibliis Bombergianis* inſertus eſt) in h. l. dum ſcribit: ואם יש עליו מלאך מליץ שיגיד היושר שעשה כאשר שב בתשובה אז יפדה אותו מרדת שחת *qvod ſi ſit de eo*, (homine improbo) *nuncius docens, qvi annunciet rectum qvod fecit, ex qvo reverſus eſt per pœnitentiam, tum redimet eum ne deſcendat in foveam.* Nec diſcedit *R. Abraham Peritzol.* (cujus commentarius itidem *Bibliis Bomb.* inſertus eſt) in h. l. hæc verba adjiciens: אם יש / רצה׳ בזה הפסוק שהשם ית׳ יחפוץ בשוב האדם מרשעו ושיגיעו אליו הרעות הקדומות לראות אם יש עליו בעבורו מלאך מליץ ממשכיות לבבו אחד מני אלף מן המחשבות השכליות אשר באדם ושיעוררוהו לתת אליו עצה להגיד לאדם יושרו שראוי שיבחר בו ושיעשהו ולהדריכו מאליו אל היושר למען לא תאבד נפשו *Si eſt*) *Vult hoc verſiculo, qvod Deus benedictus delectetur, qvando homo recedit à malitia ſua, & ut aſſeqvantur eum mala priora, ut videat, an ſit ei propterea nuncius docens ex imaginationibus animi, unà ex mille cogitationibus intellectualibus, qvæ ſunt in homine, qvæ excitet eum, & conſilium det ei, ut annunciet homini rectitudinem, qvam eligere debeat; qvamq́ faciat, & ducat eum ad rectitudinem, ne pereat anima ejus.* Itaqve hoc dictum non de reſurrectione, qvod in eà bonum opus impii celebrandum ſit, ſed potiùs de ſtatu hujus vitæ agit. Ad *R. Salomonis* ſententiam de veſtibus Reſp. intelligere eum per veſtes corpora humana, & velle ex hoc Rabbinorum dicto demonſtrare neceſſitatem reſurrectionis & intentionem ejus, qvæ hæc ſit, ut homo etiam in cor-

ad Job. 33. 23.

℟. *ad ſententiam R. Salomonis.*

pore mercedem recipiat bonorum operum. Sed ecqvis non videt putare eum vitam æternam hominem bonis operibus poſſe promereri? Sed illa gratuitum Dei donum eſt, ut paſſim in ſacris literis edocemur. Ut taceamus, qvamvis Deus intenderit in creatione hominis, ut mundus eſſet ille animâ & corpore; non tamen ſeqvi ſolos juſtos reſurrecturos; ſed etiam impii reſurgent, ut qvia Dei intentionem non impleverunt, pœnas propterea luant in corporibus. Nec comparatio cum tritico pro ſolis juſtis reſuſcitandis concludit. Nam ſi ita argumentamur: Triticum nudum ſepultum, folliculis ceu corpore veſtitum prodit, multò magis homo corpore ſuo ſepultus, & tritico longè excellentior cum corpore prodibit; facilè de impiis etiam ſubſumi poteſt. Qvod autem pro ſolis juſtis inde concludat *R. Salomo*, facit malâ ſuffultus hypotheſi, qvod ſoli juſti reſurrectionem mereantur, &, ut addit ſtatim, ſoli digni ſiant ut vivant.

Ἐπίκριϲιϲ ſtatus reſurgentium poſt reſurrectionem.

§. 3. Sed ſatis diu in contemplando reſurgentium ſtatu ſumus detenti, operæ erit pretium, etiam ea accuratius perpendere, qvæ poſt reſurrectionem hominibus eventura Judæi tradiderunt. Qvæ ipſa ſupra nonnullis qvæſtionibus incluſa ſunt, non qvaſi ab homine Chriſtiano hujusmodi moveri qvæſtiones debeant, qvæ maximam partem falſis principiis nituntur; ſed qvia ita à Judæis communiter moventur. Qvæſtio itaqve 1. ſuprà propoſita erat: *An reſuſcitati iterum moriantur?* Rectè qvidem hæc qvæſtio à nonnullis Rabbinis fuit negata; argumenta tamen eorum merentur examen. *R. Saadias* probat ex traditione Rabbinica: mortui, qvos DEUS benedictus reſucitabit, non redigentur in pulverem. Sed hæc probatio infirma videtur *Abarbaneli in Nachal. Aſoth. fol.* 148. *p.* 1. ſcribenti: והדעת בשאינם חוזרים לעפרם הוא דעת יחיד והלכה כרבים *qvod attinet ad ſententiam illam, qvod non ſint redituri in pulverem ſuum; eſt ſententia unius cujusdam, & deciſio, qvales multæ dantur.* Et ſic ſimul opponitur *Abarbanel* Talmudi ipſi, è qvo traditio hæc ſuprà qvoqve adducta fuit, & *R. Meir in Aſ. Hac-*

℞. ad qvæſt. 1. An reſuſcitati iterum moriantur? Et qvidem ad ſententiam Rabbinorum negativam, ac primò ad Saadiæ.

cod.

cod. itidem eam urgenti. Ut prætereamus inniti hanc traditionem dicto Eſ. 4. 3. qvod in *Talmude* l.c. pro ea probanda citatur, qvod tamen loqvitur de Tzione & Hieroſolyma terrena, non de ſtatu poſt reſurrectionem, fatente ipſo *Abarbanele* in h. l. his verbis: רוצה לומר שאותה פליטה אשר תשאר בירושלים בימי חזקיהו לא יהיו רשעים ואויבי ה' כאשר היו בימי אחז אביו אבל יהיו צריקים וטובים עד שלכל אחד מהם יאמר קדוש וכו' *Vult dicere, qvod illud reſiduum, qvod remanebit Hieroſolymis tempore Hiskiæ, non conſiſtat ex impiis & Dei inimicis, qvales erant tempore Achaſi patris ejus, ſed ex juſtis & bonis adeò, ut qvilibet dicatur ſanctus &c.* Errat prætereà *Saadias*, dum addit, qvod à diebus Meſſiæ ad amœnitatem ſeculi futuri mortui ſint transferendi; ibi enim præſupponit poſt reſurrectionem cum Meſſia in terris victuros. *R. Moſi de Trana* ℞. benè qvidem ex Dan. 12. 2. perpetuitatem vitæ æternæ & pœnæ infernalis probari; ſed tamen hoc non ita accipiendum eſſe, qvaſi pii poſt vitam diuturnam in his terris poſt reſurrectionem peractam ſint demum ad vitam æternam transferendi, ut ille cum ſuo *Saadia* arbitratur. *R. Meiri* ℞. ad Eſ. 2. 11. non poſſe ex hoc loco moveri objectionem contra perpetuitatem vitæ alterius; Dicitur enim hîc Deus ſolus exaltatus, tempore illo; ubi per tempus non intelligitur illud, qvod Judæi poſt reſurrectionem fingunt, ſed qvod ibidem in verſiculis ſeqventibus exponitur, cum videlicet judicia in homines exercebit. Ipſe *R. D. Kimchi* hunc locum confert cum illo (Zach. 14. 9.) והיה ה' למלך על כל הארץ *& erit Dominus Rex ſuper totam terram*, ubi ſanè de reſurrectione non agitur. Et *R. Abarbanel* inter varias explicationes non tamen ejus meminit, qvam dat *R. Meir*. Qvid qvod aſſertum illud, cui defendendo hæc objectio à *R. Meir* allata & refutata erat, nullum ſit, qvod Deus poſt reſurrectionem mundum ſit innovaturus mille annis, neqve tamen illo tempore homines iterum moriantur. Ad Pſal. 46. 3. ℞. dictum hoc non agere de alis, qvibus pii ſuper aqvis tempore innovationis telluris volitare debeant, ut ſic mortem

℞. R. Moſi de Trana.

R. Meiri ℞. ad Eſ. 2. 11.

ad Pſ. 46. 3.

tem effugiant, ſed de periculo Eccleſiæ, qvod pii non timeant hoſtes Dei. Ipſe *R. D. Kimchi* non vult, verba propriè intelligenda eſſe, ſed poſteaqvam metaphoricè explicarat, & *Aben Eſra* propriè accipientis mentẽ recitarat, ſubjungit: והנכון כמו שפירשנו כי דרך משל הוא *Rectum eſt, ſicut nos explicuimus, qvoniam eſt metaphorica loqvendi ratio.* Qvodſi velit explicare *R. Meir* de eo, qvod anima naturâ angelicâ ſit induenda, nec hoc ex illo loco Pſalmi probare poteſt. Qvando autem Pſalmus ita intelligitur à Judæis, ut ad reſurrectionem applicetur, innituntur falsô principiô, qvod ſc. filii Korach (de qvibus agitur in Pſalmo) omnes circa ſe aliqvando viderint vivos abſorberi à tellure, ipſi autem ſteterint in aëre, & dixerint per Spiritum Sanctum hujusmodi miraculum olim Iſraëlitis eventurum. Audiantur verba *Raſchi* in h. l. / בהמיר ארץ לעתיד לבא ביום שנאמר הארץ כבגד תבלה ראו בני קרח נס שנעשה להם שנבלעו כל סביבותם והם עמדו באויר ואמרו לישראל ברוח הקדש שדוגמת הנס הזה יהא עשוי להם לעתיד *(Cùm commovebitur terra) In futurum. Die illo, qvo dictum eſt: terra inſtar veſtis inveteraſcet, (Eſ. 51. 6.) viderunt filii Korach miraculum, qvod factum fuit illis, ut abſorberentur omnes circumcirca eos, illi autem ſtarent in aëre, & dicerent Iſraëli, exemplum miraculi hujus illis fore in futurum.* Qvæ repetit *R. Chaſſan* in h. l. Sed hæc gratis dicuntur. Ad Eſ. 40.

ad Eſ. 40. 31. v. 31. ℞. Phraſin illam *aſcendere pennis* non propriè intelligi, qvaſi piis ſint fabricandæ alæ, qvibus in innovatione mundi ſuper aqvis ſuſtententur; ſed metaphoricè, qvod qvemadmodum aqvilæ altisſimè volant pennis, ita etiam pii elevent ſe robore & viribus conceſſis præ cæteris, ut non fatigentur. Indè *Abarbanel* in h. l. fatetur, non de futuro textum loqvi, ſed potiùs de eo, qvod fieri videmus Dei providentiâ, qvando ſcribit: וכבר דרשו ז״ל על ישראל ופרעה על הים להורות שלא אמר הנביא כל זה כמיער מה שיהיה כ״א כמגיד מרותיו של הקב״ה ופעולותיו להיותם טענה מבוארת על השגחתו

Diu

Diu jam explicârunt hoc ſapientes noſtri p. m. de Iſraële & Pharaone ad mare (rubrum), *ut doceant, non dicere Prophetam hoc omne, qvaſi vaticinari velit, qvid futurum ſit, ſed ut annunciet proprietates Dei & opem ejus, ut ſint argumentum evidens providentiæ ejus.* Et *R.D. Kimchi* qvoqve de iis, qvi Deum in exilio exſpectant, interpretatur, non verò in futurum. Qvod attendat *R. Meir*, ſi aliis Rabbiniis ſubtilius ſentire vult, & alas de natura angelica iterum explicare. Nam ne ſic qvidem habet conſentientes Judæos ipſos, de hac vitâ, non verò ſtatu poſt reſurrectionem explicantes. Addimus, anteqvam dimittatur *R. Meir* cum ſuis probationibus, omnia illa militare tantùm pro juſtis, qvod illi non iterum mori poſt reſurrectionem debeant, qvemadmodum etiam *R. Saadiæ & Moſis de Trana* argumenta omnia juſtorum vitam perennem tantùm aſſerebant. Sed & hoc principio falsò nituntur, qvaſi ſoli juſti tantùm reſuſcitandi ſint. Pergimus. *R. Chaninæ* ℟. dum ℟. *R. Chaninæ.*
excipiuntur ex gentilibus poſt reſurrectionem iterum juxta ejus mentē morituris, ii tantùm, qvi præcepta Noachidarū ſervârunt, ſtatuit vitam illam diuturnam mercedem eſſe; ſed vita beatorum diuturna tantùm merces eſt & præmium, licet gratuitū, damnatorum vero pœna eſt ineffabilis. Dum a. *R. Chanina* ſimul cum *R. Levi* concedit, Iſraëlitas non eſſe morituros, videtur omnes recutitos pro ſanctis accipere. Ad Eſ. 25. 8. ex *Talmude* alleg. ℟. rectè ℟. *ad Eſ.* 25.
qvidem illum locum de immortalitate vitæ explicari, ſed per *v.* 8.
Meſſiam partâ & omnibus qvidem hominibus, atqve ſic non ſolis Iſraëlitis. Nam Meſſias etiam gentilium & ſic totius mundi Salvator eſt, ut fuſius demonſtravimus in *diſputatione noſtra ſecundâ Rabbiniſmi, Philologiæ ſacræ ancillantis.* §. 17. Ad Eſ. 65. 20. ℟. *ad Eſ.* 65. 20.
Eo ſenſu, qvo explicatur hoc dictum in *Talmude* & *Bereſchith Rabba* de populis mundi, præſupponitur, qvod ii poſt reſurrectionem pœnas morte illâ alterâ luere debeant. Id qvod innuit *Raſchi* in h. l. ſcribens: בן מאה שנה ימות / יהא בן ענשין להתחיב מיתה בעבירה שיש בה מיתה כן מפרש בבראשית רבה (*Filius centum annorum morietur*) *Erit filius pœnarum, ut conſeqvatur mortem per transgreſſionem, in qva mors*

Digitized by Google

eſt. Ita explicatur in Bereſchith Rabba. Sed hoc falsò præſupponitur. Nam hæc non foret pœna, ſi impii morerentur, cum ita pœnæ in corpore damnato ſuſtinendæ non ſatis infligerentur. Qvod ſi autem in bonam partem exponatur, ut homines longo tempore poſt reſurrectionem delitiis mundanis fruituri & poſtmodùm iterum morituri ſint, ut intellexit *AbenEſra*, Rx. det *R. D. Kimchi* in h. l. ואם כפירושו יהיה זה בכל העמים והנה אמר הכתוב כי כימי העץ ימי עמי לא עמים אחרים *ſi juxta explicationem ejus* (AbenEſræ) *hoc intelligatur, eveniet omnibus populis. Sed tamen dicit Scriptura, qvoniam ſicut dies arboris* (erunt) *dies populi mei, non populorum aliorum* (Eſ. 65. 21.) E. his rejectis potiùs agitur de regno Meſſiæ ſpirituali, qvod tamen non cadit in reſurrectionem, ut Judæi aſſerunt. Ad Pſ. 17. 5.

Ad Pſ. 17. 5. Rx. rectè ex eo perpetuitatem vitæ alterius colligi. Qvæ autem adduntur in explicatione ejus loci, virgulam cenſoriam merentur. Dicitur Deum hominem dignaturum æternitate corporis & animæ, qvod tamen tantùm de piis accipiendum eſt, aliàs impiis exinde, qvod perpetuò vivant, non honor ſed potiùs contumelia naſcitur. Imò de piis accipi vult ipſe autor libri *Bereſchith Rabba*, dum adjungit Dei intentionē ita impletum iri; ſed Deus intendebat, ut homines omnes vitam viverent beatam. Dicitur porrò, reſtitutionem illam à labe peccati miſericordiâ Dei factam eſſe; ſed ſcire Rabbini debent, miſericordiam Dei extra Meſſiam non eſſe qværendam. Dicitur deniqve, ſpem illam, qvòd ad illam reſtitutionem perventuri ſint, habere omnes; ſed addendum erat, ſi זכות וכפרת המשיח *meritum & expiationem Meſſiæ* ſibi applicent, aliàs ſpes inanis eſt. Loqvitur enim autor de æternitate gaudii; cum autem æternitatem dolorum & pœnarum infernalium impii ſint ſuſtenturi, non ſanè ſpe illarum delectabuntur. *R. Nachmanidi*, *Aaroni Levitæ*, *Salomoni Bar Nathan*, *Menaſſi Ben Iſraël*, *Abrahamo Bilbag*, & *Salomoni Jarchi* ſuprà adductis non opus eſt reſpondere; cum partim theſin ſuam non probent, partim iisdem fundamentis cum cæteris refutatis nitantur. Succedit itaqve

classi

claſſis altera eorum Rabbinorum, qvi reſuſcitatos morituros defendunt, itidem examinanda. Dicimus itaqve primò in genere, non morituros iterum juſtos, qvia ſic ſeqveretur, illos peccatis adhuc fore obnoxios (cum mors ſit pœna peccati), qvod tamen multi ex ipſis Rabbinis negant; nec morituros impios, qvia illos major manebit pœna in morte æterna, qvàm ſi temporalem denuò ſuſtinerent. Deinde *R. Maimonidi* ℞. niti eum falsâ hypotheſi, qvod propterea mori debeant, ut morte illâ mundentur, & ſic ad gradum majorem in ſeculo futuro aſcendant; ubi iterum præſupponit in vitâ alterâ in his terris mille annis peragendâ homines Deum culturos, & ſic vitam illam ſeculi futuri promerituros. Sed hæc omnia gratis dicuntur; cui accedit, qvod pro ſolis piis militent, cum tamen etiam impii ſint reſurrecturi. Imò ſi pii morte illâ alterâ mundantur, & mori debent, ut mundentur; fortaſſis illi, qvi non moriuntur, erunt mundi, impii videlicet, qvod ἄτοπον; ſed ex illo abſurdo elabi ſe putat Maimon, dum ſolis juſtis reſurrectionem adſcribit, ut ſuprà ex illius *Peruſch Miſchnajoth* audivimus. Altera illa hypotheſis, vi cujus aſſerit Maimon, reſuſcitatos iterum morituros, hæc eſt: qvod ſeculum futurum ſive vita beata animarum ſit eorum, qvi corporibus carent. Si itaqve homines reſurgant cum corporibus, non ſtatim vitam beatam ingredientur, ubi corpora locum non habeant, ſed potiùs ſeculum illud mundanum in terris peragendum; qvo pacto corporibus depoſitis per mortem ad ſeculum illud beatum ſint transferendi. Sed hæc hypotheſis ab ipſo *R. Meir* ſupra datâ operâ rejecta eſt, ut illi excutiendæ inhærere diutius non ſit neceſſe. *R. Aben Eſra* ℞. Eſ. 65. 22. ſermo eſt de ampliſſimis beneficiis, qvæ pios manent, ſi Meſſiæ fide verâ adhæſerint, qvæ beneficia à pace & proſperitate hoc verſiculo & præcedente ſeqventeq; deſcribuntur. Qvod autem hæc talia in regno Meſſiæ poſt reſurrectionem eo modo exſpectanda ſint, eſt *Aben Eſra* ſomnium. *R. Salomoni in Chel Riſchon.* ℞. licet reſuſcitati victuri ſint in perpetuum, non tamen ſeqvitur, qvod corpora eorum nullius ſint futura uſus, qvemadmodum infrà dicetur, ubi circa qvæſtionem, an reſuſcitati ſint eſuri, bibituri &c.

℞. *ad ſententiam affirmativam hujus qvæſtionis primæ, & qvidem Maimonidi.*

℞. *R. Aben Eſra.*

℞. *R. Salomoni.*

Abarbanel idem dubium movet. Deinde qvod addit, fieri non poſſe, ut homo membris inſtructus cibo potuq́; & rebus reliqvis corporeis fruens vivat in perpetuum, itidem facilè rejicitur. Nam vivere poteſt homo membris inſtructus in perpetuum, qvia illa aliis gaudebunt qvalitatibus. Cætera autem regnum mundanum fictum ſupponunt. Ad Eſ. 25. 8. paulò ante reſponſum eſt.

℞. ad qvæſt. 2. An reſuſcitatos capiat tellus?

§. 4. Pedem itaqve promovemus ad qvæſtionem 2dam: *An reſuſcitatos capiat tellus?* Reſpondetur itaqve 1. malè pro ſolis Judæis inſtitutam eſſe ſupputationem, cùm etiam homines alii reſurrecturi ſint. 2. Supputant Rabbini illi citati omnes ſuas generationes ingenti ſtudio. E. eas ſine dubio volunt reſurrecturas. Sed ediſſerant nobis ridicula illa capita, qvomodo hæc cum eorũ aſſerto, de reſurrectione ſolorum juſtorum concordent. Aut igitur ſeqvetur omnes Judæos reſurrecturos, & ſic etiam impios, ad minimum inter Judæos, aut ſupputationē hanc non eſſe univerſaliter inſtitutam, qvod tamen verba eorum evincunt. 3. Qvomodo omnes tribus æqvaliter in gentem magnam excreverint, *Moſes de Trana* dicere non poteſt; conjecturis autem ejus inanibus qvis credat? 4. Eſ. 54. 2. 3. agitur de filiis, qvos Eccleſia Chriſtiana abunde erat genitura, non autem de ſtatu hominum poſt reſurrectionem. 5. Qvid qvod illa qvæſtio etiam fundetur in hypotheſi de regno ficto mundano poſt reſurrectionem exſpectando.

℞. ad qvæſt. 3. An alter alterum poſt reſurrectionem ſit agniturus; & qvidem Saadiæ.

§. 5. Sed ulterius. Qvæſtio itaqve tertia erat: *An alter alterum poſt reſurrectionem ſit agniturus?* *Saadias* affirmat non malè, ſed ratio ejus, ut ſcil. tribus tribui aſſocietur, nulla eſt, cũ militet pro ſolis Judæis, & illa aſſociatione non opus ſit. *R. de Trana* fruſtrà allegat caput ultimum Ezechielis, qvod explicat diſtributionem terræ Canaan inter Judæos, à qva diſtributione ad conſociationem tribuum poſt reſurrectionem concludi neqvit. Addit deinceps ex illa agnitione patere, eandem animam in idem corpus intrâſſe, qvia corpus juxta animæ conſilium gubernetur modo eodem, qvo anteà, cum viveret in terris, guber-

℞. R. Moſi de Trana.

ber-

bernabatur; ſed ℞. exinde id non probari, patet ex eo, qvod nemo divinaturus ſit, qvomodo homines omnes, qvi reſurgent, in his terris vixerint; E. etiam homo neſciet, an eodẽ modo corpus ad animæ ductum gubernetur, & ſic huic indicio non poterit in agnitione fidere. Qvid qvod ipſi Rabbini adhuc diſputent, an illi, qvi piè in terris vixerunt, poſt reſurrectionem ſint impiè victuri, ſ. ut loqvuntur, rebellionem amplexaturi? Ergò juxta illorum hypotheſin non ſeqvitur eodem modo corpus gubernatum iri, ut gubernabatur in hac vita. Qvando autem dicitur, animam & corpus ſe invicem agnoſcere debere, id qvidem tolerari poſſet, ſed tamen hæc agnitio, ad agnitionem corporum inter ſe invicem nil confert, ut taceamus multa paſſim immiſceri, qvæ ſolorum juſtorum reſurrectioni ceu fundamento ſunt inexſtructa. Deniqve cum urgetur agnitionem, propterea fore neceſſariam, ne homo cum conſangvineis coëat, ut parentes honoret, filium doceat legem, & tribus tribui aſſocietur, illa omnia regno mundano iterum ſuam debent originem. Ideoqve miſſis his ℞. *Abarbaneli*, qvando aſſerit corporum intuitu homines perfectius agnitum iri, & hinc cum vitiis reſurrecturos, videtur id ita intelligere, ut ſi qvis hominem viventem qvod ad corporis externum habitum cognoverit, eum in reſurrectione, ſi eodem corpore prodierit, perfectius ſit agniturus, maximè cum propterea de retentione vitiorum in reſurrectione aliqva adjungat. Sed etiam ii cognoſcentur, qvorum corpora in hac vita non vidimus, qvorum aliqvos recenſet in ſeqq. Imò etiam ii perfectè agnoſcentur, qvi vitiis carent; Aut num negabit Judæus vitiis ſanatis homines perfectè agnitum iri? Qvin & Eſ. 43. 10. non fit mentio agnitionis in reſurrectione, ſed adducitur teſtimonium Eccleſiæ pro probanda Dei veritate in præſtandis iis, qvæ promiſit, ceu ex collatione antecedentium & ſeqventium evidenter patet. Qvæ ſibi auferat *Abarbanel*.

℞. Abarbaneli.

§. 5. Seqvitur ergò examinanda qvæſtio qvarta: *An ſc. reſuſcitati ſint eſuri, bibituri, uxores ducturi &c.* *Saadia* itaqve ex affirmantium numero primo ℞. exempla illa reſuſci-

℞. ad qv. 4. An reſuſcitati ſint eſuri, bibituri, uxores ducturi &c. & qvidem Saadia.

ſuſcitatorum, qvi poſtmodum cibum ceperunt, ſunt aliena, cum illi denuò fuerint mortui, reſuſcitati autem non iterum moriantur. Qvid qvod ipſe *Moſes de Trana* iſta exempla huc non applicari poſſe fateatur. Sed & ipſe *Moſes* examinandus eſt, qvi videtur ſubtilius ſentire *Saadiâ*, dum ſtatuit, reſuſcitatos edere & bibere pro lubitu, non autem ſemper; item alimenta illa fore magis munda, ut pauco cibo corpus ſuſtentari in multos dies poſſit; it. edere debere tamen cum ſint corpora, & qvidem ex variis membris partibusq; diſſimilaribus compoſita, it. cibis his tantùm opus eſſe poſt reſurrectionem in terris, non verò in ſeculo futuro. Non tamen *Moſes* noſter nobis ſuam ſententiam perſvadebit. Nam reſpondemus, hæc omnia iterum regno mundano ficto debere originem. Deinde ſi corpora indigebunt cibo & potu, qvomodo pro lubitu reſuſcitati edent & bibent, & qvomodo corpus in multos & certos dies ſuſtentabitur? ſic enim edent & bibent, qvoties corpus amplius ſine iſtis præſidiis conſervari neqvit, ſive voluerint adhuc abſtinere aliqvot diebus à cibis, ſive non. Neqve porrò ſeqvitur, reſuſcitatos eſuros & bibituros, qvia habeant corpora. Nam illa corpora aliis gaudebunt qvalitatibus, ut infrà dicetur magis. Imò qvæ ratio, cur cibis opus ſit in terris poſt reſurrectionem, non verò in ſeculo futuro. Nonne hæc, ut homo ſubſiſtat, qvò ſe in ſcientiis & lege Dei perficiat? Sed ſtudium Legis atqve ſcientiarum poſt reſurrectionem exulaturum ſuprà oſtenſum eſt. Qvæ paſſim de ſphæricis & phyſicis rebus immiſcentur, præterimus, & brevitatis amore ducti, & qvod non probentur. Qvando autem in alio loco noſter *Moſes* ait, homines reſuſcitatos eſuros de fructibus Gan Eden vel de Man, iterum abripitur ad ſua ſomnia, cum tamen de qvibus ſcriptura nil revelavit, ea etiam hîc aſſerere religio eſſe debeat. Deniqve qvæ de generatione diſſerit, iterum omni carent fundamento, ut ex præced. pateſcit; Ut taceam omnia hæc de ſolis piis iterum loqvi, qvaſi verò illis tantùm reſurrectio competat. *R. Maimonidi* ℞. debitur infrà, cùm *Abarb.* ibid. ejus rationem urgeat. *R. Aben Eſra* ℞. niti eum loco citato verſu ultimo Daniel. 12. ubi dicitur: *tu autem abi ad termi-*

℞. *Moſi de Trana.*

℞. *R. Aben Eſra.*

terminum, & qvieſces ac perſtabis in ſorte tua, ad terminum usq; dierum. Exinde enim vult probare, qvod pii tempore Meſſiæ ſint ſortem illis deſtinatam accepturi, qvæ in voluptatibus illis, eſu, potu & oblectationibus aliis conſiſtat. Sed Reſp. hunc eſſe dicti ſenſum: vide ut pergas in vitæ curriculo, & illud expleas pro eo tempore atqve tibi ad id conceſſum eſt, & hac revelatione mea contentus ſis. Qvando autem Rabbini ſolent dicere, fructum bonorum operum hominem edere in hac vita, ſortem autem eum manere in ſeculo futuro; adhuc dubium eſt, an cum *Aben Eſra* intellectum velint ſeculum illud in terris poſt reſurrectionem peragendum; fortaſſis & qvidem rectius intelligunt ſeculum illud, ubi voluptatibus cœleſtibus animâ & corpore paſcentur. *R.* deniqve *Abarbaneli* R. & qvidem ad rat. 1. Eadem corpora receptum iri, ſed aliis prædita qvalitatibus, qvod utrumq; ipſi Rabbini credant. Unde *R. Aaron Levita* has tribuit cuilibet horum corporum eminentias, qvod אינו נראה לעין כל זמן שהוא אינו רוצה *oculis ſe ſubducat, qvando videri nolit*, (ita etiam *Gerh. LL. Th. Tom. 9. p. 326.*) qvod הוא נכנס בכל מקום אף על פי שהוא סגור כמו שיכנס הרוח *qvemlibet locum clauſum intret, ſicut intrat ſpiritus*, (ita etiam *Gerhard. l. c. p. 322.*) qvod משתנה ממקומו למקום רחוק בשעה קלה *brevi tempore de loco in locum transferatur*, (ita etiam *Gerh. l. c. p. 323.*) qvod deniqve מתראה בגוף אנושי בגופו ממש או בצורה אחרת אם רוצה להתנכר: *vel appareat formâ humanâ proprio corpore, vel alia forma, ſi mutare illam libuerit.* Qvæ de *Aarone* refert *Jehuda Zabara. Rab. autem Jacob ben Chabib* dicit, illum ſtatuiſſe, qvod materia corporum reſuſcitatorum ſit פשוט קיים קל התנועה בהיר במראה כמעשה לבנת הספיר נעלם הראות כענין אליהו מוכן לקבל זוהר אלהים ואור פני מלך חיים כמעשה הלבנה שהיא גוף מקבל אורה *ſimplex, permanens, agilis, pellucida inſtar lapidis Sapphirici, viſum fugiens inſtar Eliæ, idonea ad recipiendum ſplendorem Dei, & lucem vultus regis vitæ, adinſtar lunæ, ceu corporis lumen aliunde mu-*

R. *R. Abarbaneli, & qvidem ad rat. 1.*

Digitized by Google

℞. *ad 2.* *mutuantis.* Ad 2. reſp. ſicut corpora habebunt qvalitates alias, ita etiam voluptatem non ponent in terreſtribus, & ſic erunt

℞. *ad rat. Maimonidis.* etiam voluptatis cœleſtis capacia. Ad rat. *Maimonidis* reſp. *R. Nachmanidem* exiſtimâſſe, referente *Abarb. N. Af. md.* 14. שהקב״ה ישנה טבע הבריאה ממה שהיתה ושיסיר ממנה השתמשות החושים וטבע ההפסד : ſ. *Qvod Deus benedictus ſit naturam creaturæ tunc immutaturus, & ſenſuum uſum atq; corruptibilitatem ablaturus.* Rationem autem ejus peti ab Adamo, cui ſi peccaret, erat prædictum שאז יהיה בטבע נפסד ושאלמלא לא חטא אדם לא מת לעולם *tum illum futurum corruptibilem, qvod ſi autem non peccaret, immortalem futurum.* Qvicqvid tamen ſit de *Nachmanidis* ſententia, certum tamen eſt, ſenſus & facultates non fore fruſtrà, cum etiam vires exercere ſuas poſſint in objectum illud ad qvod comprehendendũ evehuntur. Inde n. ſcriptura homines ait in altera vita edere & bibere &c. qvemadmodum etiam *R. Meir* cum ſuis complicibus nobis hac in parte ſuffragatur. Addimus anteqvam Rabbinos iſtos voluptates corporeas in hoc mundo poſt reſurrectionem eſu & potu percipiendas ſomniantes deſeramus, dictum egregium *R. Zabaræ* ita regnum illud mundanum rejicientis: *c. 6. l. c.* אחר שעולם הבא הוא לכל צדיק וצדיק מיד שנפטר מן העולם ונהנה מזיו שכינה ועומד בתענוג גדול שאין תענוג כמוהו למה נאמין שישוב הצדיק בזה העולם בגוף ונפש עולם עכור ופחות ורובו יגונות קרוב לגיהנם ויניח תענוג שלם שאין בו הסרון וכו׳ : *Cum ſeculi futuri particeps fiat unusqvisq; juſtus, ſtatim ac ex hoc mundo exceſſerit, adeò ut ſplendore majeſtatis divinæ fruatur, & deliciis ſummis, qvibus nullæ æqvandæ ſunt: qvare credamus reverſurum juſtum qvemlibet in hunc mundum, animâ & corpore reunitis, mundum hunc* (inqvam) *turbidum, vilem, moleſtiis plenum, atq; ipſi adeò Gehennæ proximum relicto gaudio perfecto, cui nihil deeſt? &c.*

Con-

R̸. ad ſententiam Rabbinorum, cibum & potum ſpiritualem poſt reſurrectionem aſſerentium.

Conferimus nos nunc recto pede ad Rabbinos, cibum illum & potum poſt reſurrectionem piis porrigendum, ſpiritualiter & myſticè intelligentes.

Et qvidem R̸. R. Meir.

Rabbi Meir inſtituit comparationem inter cibationem in deſerto, ubi Man ſuſtentabantur Judæi, & cibationem in ſeculo futuro. Dicit tum temporis cibatos fuiſſe ſpiritu Dei, ſive cibo è luce ſuprema generato, qvia tum nondum erant ſatis puri; in altera autem vita cum erunt puriſſimi cibatum iri non aliqva re è luce generata, ſed luce ipſa divinâ. Concedimus eqvidem ſpirituale qvid iſtâ cibatione fuiſſe adumbratum, ut non malè dictum Deut. 8. 3. allegetur; attamen Man fuit naturale qvid, qvod an fuerit rorulentus humor concretus & conglaciatus, vel pruina frigore nocturno denſata, vcl aliud qvid, disqvirere non eſt hujus loci. Sufficit fuiſſe materiam aliqvam certam, qvâ fuerint conſervati; non verò ſpiritu Dei ſ. luce cœleſti nutriti fuerunt ſub vehiculo τοῦ Man.

R̸. ad Exod. 16. v. 5.

Nec illud ex Exod. 16. 5. probari poteſt, ubi qvidem dicitur, Deum velle facere ut pluat panis de cœlo, ſed non hoc ſenſu, qvaſi panis cœleſtis ſive lux cœleſtis involucro veſtita deſcenſura ſit; verùm qvod cibus ille ſupernaturali virtute producendus ſit, nutriturus tamen eos modo naturali inſtar aliorum ciborum.

R̸. ad Exod. 24. 11. ex Vajickra Rabba cit.

Ad locum Exod. 24. 11. in *Vajickra Rabba* citatum R̸. Non hunc eſſe ſenſum, qvaſi illi ſelecti Iſraëlis in monte viderint Deum benedictum viſione beatificâ, & dum ita viderint, dicantur comediſſe & bibiſſe, ut innuatur cibum & potum ſpiritualem in illâ viſione beatificâ conſiſtere, juxta *R. Jochanan* & *R. Ephraim.* Sed indicatur illos ſelectos Seniores vidiſſe ſigna illa, qvibus Deus ſe manifeſtârat, (nam aliàs nullus homo vivus Deum videre poteſt) qvæq; in verſiculis ſeqq. deſcribuntur, & iis viſis, ediſſe & bibiſſe. De cibo hoc & _otu naturali ipſe accipit *Aben Eſra* ſcribens: וטעם ויאכלו וישתו שירדו שמחים מההר ויאכלו זבחי שלמים שזבחו נעריהם וישתו בשמחה *Senſus verborum: & ederunt & biberunt, eſt: qvod deſcenderint læti de monte, & comederint Sacrificia eucharistica, qvæ parârant pueri eorum, & biberint cum gaudio.* Imò *R. Jehuda Levita* ab *Aben Eſra* citatus vult, neceſſariò debuiſſe edere, ut prærogativa ſoli ma-

Digitized by Google

maneat Moſi, qvod ſubſtiterit in monte ſine cibo & potu. Ad

Reſp. ad Proverb. 16. 15.

Proverb. 16. 15. à *R. Jochanan* citat. ℞. non ibi ſermonem eſſe de facie Dei, qvam beati intuebuntur, ſed de facie regis terreni, qvod, qvando ille placido & ſereno ſ. lucido vultu ſubditos reſpicit, illi vivant; qvemadmodum explicatur in ipſo *Caf venaki in h. l.* his verbis : באיר פני מלך / פי׳ כאשר תמצא המות בעת חמת המלך כן ימצא החיים באור פניו שמאיר על עמו ומלת באור מקור כמו במות אדם רשע Sive *ſenſus verborum* באור פני מלך eſt, *qvemadmodum reperitur mors tempore, qvo excandeſcit Rex; ita reperitur vita, cum lucet facies ejus, qva colluſtrat populum ſuum. Vox autem* באיר *eſt infinitivus, ſicut dicitur :* במות אדם רשע (*cum moritur homo improbus*, ſc. perit exſpectatio Proverb. [illegible]) Qvod attinet ad

Reſp. ad ſententiam de convivio.

convivium, qvod Deus piis poſt hanc vitam ut paraturus, poterit qvidem eo adumbrari gaudium cœleſte non modò ad animam, ſed & ad corpus pertinere, cum cibus & potus ad corpus pertineant, ut tamen corpus ſpirituali ratione cibandum ſit; attamen an ex illis dictis, qvibus Rabbini utuntur, illud demonſtrari poſſit

Reſp. ad Job. 40.14.

meritò dubitatur. Sanè ex Job.40,14. ſuprà citato non demonſtratur. Licet enim concedamus, ſenſum hunc eſſe, qvod, qvi fecit illum (Behemoth) etiam gladio ſuo eum interficiat, qvi Deus eſt, ſicut *Aben Eſra* & *Abraham Peritzol* cum aliis hunc locum interpretantur; non tamen ſeqvetur, qvod Deus eum occidat in futurum pro piis, qvorum cibus cœleſtis myſticè eo adumbretur. Ad locum Exod. 24. qvi ex Berachoth profertur, ut & ad Proverb.16. qvem urget *R. Meir* jam paulò antè reſponſum eſt. Ad

Reſp. ad Eſ. 51. v. 11.

Eſ. 51. 11. ℞. ipſum *R. D. Kimchi* de hac vita accipere, liberatione ſc. ex exilio, dum ſcribit : ופדויי / כמו שעשית מקדם כן תעשה עוד עם גלות ישראל ועוד כמו שעברו גאולים ובאו לארצם כן פדויי ה׳ ישובון מהגלות : *Et redempti) qvemadmodum feciſti anteà (* Deus *), ita facies adhuc*

cum exilio Iſraëlitarum, & adbuc, qvemadmodum præterito tempore redempti venerunt in terram ſuam, ita redempti Dei redibunt ex exilio. Si autem de hac vita explicatur, dici commodè poteſt, eſſe orationem Eccleſiæ adventum Meſſiæ exſpectantis. Ita ſpiritualem etiam cibum aſſerentes Judæos vidimus, qvi tamen omnes in id impingunt magnoperè, qvod in his terris per aliqvod tempus voluptates illas cœleſtes iri perceptum arbitrentur.

§. 6. Deſcendimus ad qvæſtionem qvintam examinandam, qvæ hæc eſt: *Qvomodo reſuſcitati in ſeculum futurum transſerantur?* Qvi aſſerunt, reſuſcitatos non iterum morituros, putant, facilè eos in vitam beatam transferri poſſe, cum his in terris poſt reſurrectionem per obſervationem legis mundentur. Sed hoc principium falſum eſt. Qvi a. aſſerunt eos morituros: volunt per mortem mundatum iri, ut digni habeantur, qvi ad vitam beatā admittantur. Sed ſi per mortē mundantur, cur non per mortē primam mundati fuerunt; aut qvæ ratio, cur morte ſecundâ mundentur magis? Imò ſi concupiſcentia prava maximam partem ſubacta erit, qvid opus mundatione tantâ? Ut nil dicamus hæc omnia pro ſolis piis dici. Patet autem prætereà ex reſurrectione impiorum, qvod homines per mortem non mundentur, cum etiam impii reſurgant. Inſtantia *R. Saadiæ* ad objectionem, *qvod vivi non poſſint transferri, cum cibo & potui fuerint aſſveti*, de Moſe, rejicitur ab ipſo de *Trana* Moſis exemplum imitari alios non poſſe fatente. Cui addi poteſt, *Saadiam* fateri, vivos translatum iri reſuſcitatos in vitam beatam, & Moſis exemplum urgere, qvi tamen mortuus fuerit. Id qvod obſervavit ipſe *Joſeph Albo Iccar. f.* 152. *p.* 1. objiciens שמשה לא נתקיים תמיד בגוף כי מת בבא עתו והם יאמרו כי יתקיים תמיד: *Moſen non perpetuò ſubſtitiſſe in corpore* (ſine cibo & potu) *ſed mortuum fuiſſe, cum adeſſet tempus ejus, illos autem* (cum *Saadia* facientes) *dicere perpetuò ſubſtiturum* (corpus); Imò Moſes cibo & potu multo tempore abſtinuerat, & illis poſtmodum utebatur

℞. ad qvæſt. 5. qvomodo reſuſcitandi in ſeculum futurum transferantur?

℞. R. Saadiæ.

Digitized by Google

rurſus: pii autem juxta *Saadiam* in his terris poſt reſurrectionem cibo & potu uſi ſunt, & transferentur in alteram, ubi illa exulabunt. Erit itaqve hoc exemplum diſſimile, qvamvis in eo videatur aliqva convenientia, qvod ſicut Moſes cibo asſvetus tanto tempore illo caruit: ita etiam pii cibo asſveti tamen iis carere poſſint. Sed qvid opus his immorari diutius cum uno verbo regnum mundanum in his terris poſt reſurrectionem ſperandum præſupponant.

℟. ad quæſt. 6. An reſuſcitati ſint electuri cultum?

§. 7. Succedit qvæſtio ſexta: *An reſuſcitati ſint electuri cultum?* Hæc qvæſtio cum iterum tota nitatur ficto illo regno mundano, erimus in reſpondendo eò breviores.

℟. R. Saadiæ.

R. Saadias præter alia jam dicta, argumentatur falsò à præſcientia divina ad necesſitatem rerum. Qvod attinet ad ſcientiam rerum divinarum poſt reſurrectionem; largimur qvidem *Moſi de Trana* pios recordaturos eorum, qvæ in hoc mundo ſciverunt, ſed qvod denuò addiſcere debeant, fruſtrà dicitur, cum ignorantia pœna ſit peccati, qvod ibi aberit. Largimur etiam pios cum admirabili ſcientia reſurrecturos, cum imaginem Dei concedente ipſo *R. de Trana* ſint recuperaturi, qvæ etiam in perfectâ ſcientiâ inter alia conſiſtebat; ſed qvod addit pro cujusqve apprehenſione hanc ſcientiam homines poſſeſſuros, in eo rurſus falſus eſt, cum hâc ratione omnes pii non ſint recuperaturi perfectam Dei imaginem. Licet enim gradus gloriæ dentur, omnes tamen eadem Dei notitiâ & comprehenſione perfectâ gaudebunt. Lege autem ſcriptâ non indigebunt amplius, utpote qvæ viatorum eſt, non verò eorum, qvi jam ſunt in patria. Lex autem oralis Judæorum qvalis ſit & qvomodo aſſerta, ipſi viderint, qvi cœco impetu præcipitatæ mentis ipſi fidunt. Imò ſi juxta *Moſen de Trana* ii tantùm reſuſcitabuntur, qvos Deus præviderit amplexaturos cultum, ſ. ſe culturos, ſanè illi neceſſariò, juxta mentem Judæi, Deum colent, utpote cum putet, à præſcientia ad necesſitatem rerum valere conſeqventiam. Sed ſi neceſſariò Deum colent, qvid opus lege orali vel ſcriptâ; cum in iis informentur de Dei cultu. Non

℟. R. Moſi de Trana.

opus

opus eſt autẽ, ut ille in bono informetur, qvi non poteſt non benè agere. Qvodſi autem propterea legi daturos operam velit, ut mereantur vitam æternam; iterum falsò arbitratur illam mercedem eſſe, cum ſit gratuitum Dei donum. Relegat prætereà rationem ſuam, qvâ ſupra reſurrectionem probare voluit ſc. להיות לימוד התורה ועשיית המצות בשתוף איברי האדם וגופו יתחייב שישתתף גם כן בשכרן *qvia lex, qvæ diſcitur & impletio præceptorum junctim ad membra humana & corpus pertinent, ſeqvitur etiam conjungi debere in mercede.* Si E. in reſurrectione homines mercedem legis ſervatæ reportabunt, cur eandem demum diſcent? ſiqvidem propter mercedem didicerunt, qvæ cum jam certa ſit, non opus eſt de ea impetranda eſſe ſolicitos. Qvando porrò dicit homines diſcere debere legem ex libris, qvi poſt reſurrectionem erunt, ecqvis non videt præſupponere eum ignorantiam in hominibus piis poſt reſurrectionem, item præſupponere mundum non interiturum, ſed innovandum tantùm, ſive novis viribus dotandum, cum libri veteres non ſint interituri; qvæ omnia temerè aſſeruntur. Nec Elias dubia ſuborta ſolvet, cum Mal. 4. 5. non de Elia Thesbite, ſed de Johanne ſpiritu & virtute Eliæ prædito ſermo ſit. Imò ſi homines perfectã nacti ſunt in reſurrectione ſcientiã, qvid opus ſolvendis dubiis, aut qvænam erunt dubia? De precibus prætereà & benedictionibus qvæ affert *de Trana*, itidem ridicula ſunt. Precibus ſanè poſt reſurrectionem non opus erit, utpote ſtatum hominum mutare neſciis. Qvod Judæus ipſe fateri cogitur. Nam ſtatuit ſolos juſtos reſurrecturos, illosq; non iterum morituros. Qværo ergò ſi juſti ſunt, ut neceſſariò benè agant, qvid opus erit precibus deprecatoriis, qvibus mala imminentia ob peccata Deus averruncet? Si non morientur iterum, qvid opus precibus, qvibus Deum invocent, ut vitæ alterius compotes reddantur, cum aliàs in gaudium æternum transferantur? Qvod ſi autem preces de laudibus Dei vult intellectas, reſpondemus hæc non eſſe confundenda; cum aliud ſit precari, aliud laudare Deum. Nec benedictione opus eſt, cum pii jam ſint benedicti,

 dicti,

Digitized by Google

יצריקו sed participium מצריקי; Qvid qvod poſt reſurrectionem nec lege ſcripta, nec informatione in eadem opus erit.

℞. ad qvæſt. ult. An, qvi Deum colent in reſurrectione, ejus rei ſint accepturi mercedem?

§. 8. Reſpondendum deniqve eſt ad qvæſtionem ultimam: *An, qvi DEUM colent in reſurrectione mortuorum, ejus rei ſint accepturi mercedem?* Dicimus itaqve & hanc qvæſtionem totam niti iſto illo regno mundano. Nam dum *Saadias* qvæſtionem affirmat dicens præmium temporale, qvale ante reſurrectionem in his terris acceperant, accepturos, & *R. de Trana* adjicit, fructum in hoc mundo eſſe accepturos, ut anteà; ſortem autem manſuram, in vita altera perſolvendam, qvid qvæſo aliud, qvam in Regno Meſſiæ mundano, poſt reſurrectionem inchoando, hunc cultum præſtandum Deo eſſe ſupponunt? Qvid itaqve nos hîc detinebimus in tanta errorum luce, qvibus nulli cogitare poterant majores!

℞. Saadiæ & Moſi de Trana.

℞. ad adjecta capita R. de Trana ſigillatim, & qvidem ad aſſertum de veſtibus.

§. 9. Atqve ſic de adjectis *R. Moſis de Trana* capitibus aliis, qvæ circa reſurgentium conditionem, poſt reſurrectionem illis obventuram, recenſet, videamus. Veſtes innovatum iri qvis affirmare auſit? Non opus eſſe iis, ſuprà dictum eſt. Nec à corporibus ad veſtes argumentari Judæus poteſt, (propriis hypotheſibus convictus), qvod qvemadmodũ eadem corpora ita etiam eædem veſtes recipiantur; Statuit enim, corpora propterea reſuſcitanda eſſe, qvia ſint ad imaginem Dei condita, qvia obſervatio præceptorum etiam ad corpus pertineat, qvia debeant cum anima redire in gratiam, ut tempore creationis Deus intenderat &c. Qvare ſanè ad veſtes nunqvam trahet recutitus; E. à corporibus humanis ad veſtes non poteſt argumentari. Deinde qvomodo ait veſtes etiamſi inveteraverint, tamen innovatum iri, & nihilominus adjicit, non inveteraturas eſſe veſtes? Tum qvalis eſt comparatio inter generationem in deſerto & homines reſuſcitatos? Nulla planè. Profligatur iterum propriis verbis Judæus. Dicit in ſeqq. qvod in reſurrectione omnes artes mechanicæ floreant, & emptio & venditio locum habeant rerum omnium. Concedat E. cum generatione in deſerto comparationẽ inſtitui non poſſe; cum qvia de-

ſine-

ſinebant ibi commercia, miraculum illud eveniret. Aut ſi adhuc comparare ſatagit, alteram hypotheſin deferat. Nec meliora ſunt, qvæ de ſomno ſomniat noſter *Moſes*. Præſupponit ſomnum ex cibis naſciturum, ſed cibos ſuprà rejecimus; it. labores qvietem reqviſituros, ſed de laboribus iſtis cogitavit, eò qvod homines non ſolùm legi, ſed & artibus mechanicis daturos operam falsò ſibi perſvaderet. Homines autem ſenſuum uſu continuo defatigatum iri tolerari itidem neqvit, cum corpora aliis prædita ſint qvalitatibus, ut itidem ſuprà dictum. Somnia prophetica prætereà poſt reſurrectionem capienda in loco Joël 2. 28. non adſtruuntur; ſed dicitur ibidem, qvod tempore Meſſiæ effundendus ſit ſpiritus ſanctus ſuper omnem carnem, & homines divinas habituri revelationes, ut ex iis prophetent, qvemadmodum de Meſſia nobiscum interpretatur *R. D. Kimchi*. De artibus mechanicis porrò & negotiatione qvæ affert, qvalia ſunt, & qvàm ridicula! Dicit hæc omnia reqviri, ut perſiſtat regimen mundi, & homines ſuſtententur, qvæ deinceps fusè inductione exemplorum declarat; ſed hæc iterum regnum mundanum ſupponunt; Imò reſpondemus verbis ipſius *Moſis de Trana f. 116. c. 2. circa fin.* ואחר הגאולה והתחייה לא יצטרכו לשום דבר אלא להודות לאל יתברך על מה שעבר ולהללו על ההווה : *poſt redemptionem & reſurrectionem nullà re opus erit, niſi ut Deus benedictus laudetur ob præterita & præſentia*; qvæ, qvomodo cum afferto de negotiatione velit conciliare, ipſe viderit. Job. 5. 7. legitur, hominem ad laborem natum, ſed in hac vitâ non poſt reſurrectionem peragendum. Adamum qvoqve ad labores fuiſſe conditum, ut vitæ ſibi præſidia acqvireret neceſſariò peragendos, negatur, cum labor ceu pœna proponatur Gen. 3. 17. ſeqq. Neqve propterea excolentur artes, ut homines habeant exercitium corporis; cum illud exercitium nitatur altero illo fundamento, qvod cibi ſumendi ſint, qvi corpore per labores exercitato facilius digerantur.

R. ad aſſertum de ſomno.

R. ad aſſertum de artibus mechanicis.

§. 10. Reliqvum eſt, ut eos qvoqve, qvi tempore reſurrectionis adhuc vivent, contemplemur. Illi autem non morientur,

R. ad ſententiam Rabbi-

ſuſcitatorum, qvi poſtmodum cibum ceperunt, ſunt [illegible]
illi denuò fuerint mortui, reſuſcitati autem non iterum [illegible]
tur. Qvid qvod ipſe *Moſes de Trana* illa exempla huc [illegible]
R. *Moſi de Trana.* cari poſſe fateatur. Sed & ipſe *Moſes* examinandus eſt, [illegible]
detur ſubtilius ſenſiſſe *Saadia*, dum ſtatuit, reſuſcitatos edere &
bibere pro lubitu, non autem ſemper, item alimenta illa fore
magis munda, ut pauco cibo corpus ſuſtentari in multos dies poſ-
ſit; it. edere debere tamen cum ſint corpora, & [illegible] variis
membris partibusq; diſſimilaribus compoſita, it. cibis [illegible]
opus eſſe poſt reſurrectionem in terris, non verò in ſeculo futuro.
Non tamen *Moſes* noſter nobis ſuam ſententiam perſvaſerit.
Nam reſpondemus, hæc omnia iterum regno mundano ſuam de-
bere originem. Deinde ſi corpora indigebunt cibo & potu, qvo-
modo pro lubitu reſuſcitati edent & bibent, & qvomodo corpus
in multos & certos dies ſuſtentabitur, [illegible] & bibunt,
qvoties corpus amplius ſine iſtis præſidiis conſervari neqvit, ſive
voluerint adhuc abſtinere aliqvot diebus à cibis, ſive non. Neqve
porrò ſeqvitur, reſuſcitatos eſuros & bibituros, qvia habeant
corpora. Nam illa corpora aliis gaudebunt qvalitatibus, ut
infrà dicetur magis. Imò qvæ ratio, cur cibis opus ſit in terris poſt
reſurrectionem, non verò in ſeculo futuro. Nonne hæc, ut ho-
mo ſubſiſtat, qvò ſe in ſcientiis & lege Dei perficiat? Sed ſtudium
Legis atqve ſcientiarum poſt reſurrectionem exulaturum ſuprà
oſtenſum eſt. Qvæ paſſim de ſphæricis & phyſicis rebus immi-
ſcentur, præterimus, & brevitatis amore ducti, & qvod non [illegible]-
bentur. Qvando autem in alio loco noſter *Moſes* ait, homines
reſuſcitatos eſuros de fructibus Gan Eden vel de Man, iterum ab-
ripitur ad ſua ſomnia, cum tamen de qvibus ſcriptura nil revela-
vit, ea etiam hîc aſſerere religio eſſe debeat. Deniqve qvæ de gene-
ratione diſſerit, iterum omni carent fundamento, ut ex præced. pa-
teſcit; Ut taceam omnia hæc de ſolis piis iterum loqvi, qvaſi ve-
rò illis tantùm reſurrectio competat. *R Maimonidis* [illegible] in-
R. *R. Aben Eſræ.* frà, cùm *Abarb.* ibid. ejus rationem urgeat. *R. Aben Eſra* R. [illegible]
loco citato verſu ultimo Daniel. 12. ubi dicitur: *tu autem abi ad*
termi-

terminum, & qvieſces ac perſtabis in ſorte tua, ad terminum usq; dierum. Exinde enim vult probare, qvod pii tempore Mesſiæ ſint ſortem illis deſtinatam accepturi, qvæ in voluptatibus illis, eſu, potu & oblectationibus aliis conſiſtat. Sed Reſp. hunc eſſe dicti ſenſum: vide ut pergas in vitæ curriculo, & illud expleas pro eo tempore atqve tibi ad id conceſſum eſt, & hac revelatione mea contentus ſis. Qvando autem Rabbini ſolent dicere, fructum bonorum operum hominem edere in hac vita, ſortem autem eum manere in ſeculo futuro; adhuc dubium eſt, an cum *Aben Eſra* intellectum velint ſeculum illud in terris poſt reſurrectionem peragendum; fortasſis & qvidem rectius intelligunt ſeculum illud, ubi voluptatibus cœleſtibus animâ & corpore paſcentur. *R.* deniqve *Abarbaneli* ℞. & qvidem ad rat. 1. Eadem corpora receptum iri, ſed aliis prædita qvalitatibus, qvod utrumq; ipſi Rabbini credant. Unde *R. Aaron Levita* has tribuit cuilibet horum corporum eminentias, qvod איננו נראה לעין כל זמן שהוא איננו רוצה *oculis ſe ſubducat, qvando videri nolit*; (ita etiam *Gerh. LL. Th. Tom. 9. p. 326.*) qvod הוא נכנס בכל מקום אף על פי שהוא סגור כמו שיכנס הרוח *qvemlibet locum clauſum intret, ſicut intrat ſpiritus*, (ita etiam *Gerhard. l. c. p. 322.*) qvod משתנה ממקומו למקום רחוק בשעה קלה *brevi tempore de loco in locum transferatur*, (ita etiam *Gerb. l. c. p. 323.*) qvod deniqve מתראה בגוף אנושי בגופו ממש או בצורה אחרת אם רוצה להתנכר: *vel appareat formâ humanâ proprio corpore, vel alia forma, ſi mutare illam libuerit.* Qvæ de *Aarone* refert *Jehuda Zabara. Rab.* autem *Jacob ben Chabib* dicit, illum ſtatuiſſe, qvod materia corporum reſuſcitatorum ſit פשוט קיים קל התנועה בהיר במראה כמעשה לבנת הספיר נעלם הראות כענין אליהו מוכן לקבל זוהר אלהים ואור פני מלך חיים כמעשה הלבנה שהיא גוף מקבל אורה *ſimplex, permanens, agilis, pellucida inſtar lapidis Sapphirici, viſum fugiens inſtar Eliæ, idonea ad recipiendum ſplendorem Dei, & lucem vultus regis vitæ, adinſtar lunæ, ceu corporis lumen aliunde mu-*

℞. R. Abarbaneli, & qvidem ad rat. 1.

Rℽ. ad 2. *mutuantis.* Ad 2. reſp. ſicut corpora habebunt qvalitates alias, ita etiam voluptatem non ponent in terreſtribus, & ſic erunt

Rℽ. ad mt. Maimonidis. etiam voluptatis cœleſtis capacia. Ad rat. *Maimonidis* reſp. *R. Nachmanidem* exiſtimâſſe, referente *Abarb. N. Af. md.* 14. ה״קב ישנה טבע הבריאה ממה שהיתה ושיסיר ממנה השתמשות החושים וטבע ההפסד : ſ. *Qvod Deus benedictus ſit naturam creaturæ tunc immutaturus, & ſenſuum uſum atq; corruptibilitatem ablaturus.* Rationem autem ejus peti ab Adamo, cui ſi peccaret, erat prædictum שאז יהיה בטבע נפסד ושאלמלא לא חטא אדם לא מת לעולם *tum illum futurum corruptibilem, qvod ſi autem non peccaret, immortalem futurum.* Qvicqvid tamen ſit de *Nachmanidis* ſententia, certum tamen eſt, ſenſus & facultates non fore fruſtrà, cum etiam vires exercere ſuas poſſint in objectum illud ad qvod comprehendendũ evehuntur. Inde n. ſcriptura homines ait in altera vita edere & bibere &c. qvemadmodum etiam *R. Meir* cum ſuis complicibus nobis hac in parte ſuffragatur. Addimus anteqvam Rabbinos iſtos voluptates corporeas in hoc mundo poſt reſurrectionem eſu & potu percipiendas ſomniantes deſeramus, dictum egregium *R. Zabara* ita regnum illud mundanum rejicientis: *c.* 6. *l. c.* אחר שעולם הבא הוא לכל צדיק וצדיק מיד שנפטר מן העולם ונהנה מזיו שכינה ועומד בתענוג גדול שאין תענוג כמותו למה נאמין שישוב הצדיק בזה העולם בגוף ונפש עולם עכור ופחות ורובו יגונות קרוב לגיהנם ויניח תענוג שלם שאין בו הסרון וכו׳ : *Cum ſeculi futuri particeps fiat unusqvisq; juſtus, ſtatim ac ex hoc mundo exceſſerit, adeò ut ſplendore majeſtatis divinæ fruatur, & deliciis ſummis, qvibus nullæ æqvandæ ſunt: qvare credamus reverſurum juſtum qvemlibet in hunc mundum, animâ & corpore reunitis, mundum hunc* (inqvam) *turbidum, vilem, moleſtiis plenum, atq; ipſi adeò Gehennæ proximum relicto gaudio perfecto, cui nihil deeſt? &c.*

Con-

Digitized by Google

Conferimus nos nunc recto pede ad Rabbinos, cibum illum & potum poſt reſurrectionem piis porrigendum, ſpiritualiter & myſticè intelligentes. *Rabbi Meir* inſtituit comparationem inter cibationem in deſerto, ubi Man ſuſtentabantur Judæi, & cibationem in ſeculo futuro. Dicit tum temporis cibatos fuiſſe ſpiritu Dei, ſive cibo è luce ſuprema generato, qvia tum nondum erant ſatis puri; in altera autem vita cum erunt puriſſimi cibatum iri non aliqva re è luce generata, ſed luce ipſa divinâ. Concedimus eqvidem ſpirituale qvid iſtâ cibatione fuiſſe adumbratum, ut non malè dictum Deut. 8. 3. allegetur; attamen Man fuit naturale qvid, qvod an fuerit rorulentus humor concretus & conglaciatus, vel pruina frigore nocturno denſata, vel aliud qvid, disqvirere non eſt hujus loci. Sufficit fuiſſe materiam aliqvam certam, qvâ fuerint conſervati; non verò ſpiritu Dei ſ. luce cœleſti nutriti fuerunt ſub vehiculo τοῦ Man. Nec illud ex Exod. 16. 5. probari poteſt, ubi qvidem dicitur, Deum velle facere ut pluat panis de cœlo, ſed non hoc ſenſu, qvaſi panis cœleſtis ſive lux cœleſtis involucro veſtita deſcenſura ſit; verùm qvod cibus ille ſupernaturali virtute producendus ſit, nutriturus tamen eos modo naturali inſtar aliorum ciborum. Ad locum Exod. 24. 11. in *Vajickra Rabba* citatum ℞. Non hunc eſſe ſenſum, qvaſi illi ſelecti Iſraëlis in monte viderint Deum benedictum viſione beatificâ, & dum ita viderint, dicantur comediſſe & bibiſſe, ut innuatur cibum & potum ſpiritualem in illâ viſione beatificâ conſiſtere, juxta *R. Jochanan* & *R. Ephraim.* Sed indicatur illos ſelectos Seniores vidiſſe ſigna illa, qvibus Deus ſe manifeſtârat, (nam aliàs nullus homo vivus Deum videre poteſt) qvæq; in verſiculis ſeqq. deſcribuntur, & iis viſis, ediſſe & bibiſſe. De cibo hoc & potu naturali ipſe accipit *Aben Eſra* ſcribens: וטעם ויאכלו וישתו שירדו שמחים מההר ויאכלו זבחי שלמים שזבחו נעריהם וישתו בשמחה *Senſus verborum: & ederunt & biberunt, eſt: qvod deſcenderint læti de monte, & comederint Sacrificia eucharistica, quæ parârant pueri eorum, & biberint cum gaudio.* Imò *R. Jehuda Levita* ab *Aben Eſra* citatus vult, neceſſariò debuiſſe edere, ut prærogativa ſoli ma-

℞. ad ſententiam Rabbinorum, cibum & potum ſpiritualem poſt reſurrectionem aſſerentium. Et qvidem ℞. R. Meir.

℞. ad Exod. 16. v. 5.

℞. ad Exod. 24. 11. ex Vajickra Rabba cit.

Digitized by Google

maneat Moſi, qvod ſubſtiterit in monte ſine cibo & potu. Ad

Reſp. ad Proverb. 16.15.

Proverb. 16. 15. à *R. Jochanan* citat. ℞. non ibi ſermonem eſſe de facie Dei, qvam beati intuebuntur, ſed de facie regis terreni, qvod, qvando ille placido & ſereno ſ. lucido vultu ſubditos reſpicit, illi vivant; qvemadmodum explicatur in ipſo *Caf venaki in b. l.* his verbis: באור פני מלך / פי׳ כאשר תמצא המית בעת חמת המלך כן ימצא החיים באור פניו שמאיר על עמו ומלת באור מקור כמו במות אדם רשע Sive *ſenſus verborum* באור פני מלך eſt, *qvemadmodum reperitur mors tempore, qvo excandeſcit Rex; ita reperitur vita, cum lucet facies ejus, qva colluſtrat populum ſuum. Vox autem* באור *eſt infinitivus, ſicut dicitur:* במות אדם רשע (*cum moritur homo improbus*, ſc. perit exſpectatio Prov. 11. 7.). Qvod attinet ad

Reſp. ad ſententiam de convivio.

convivium, qvod Deus piis poſt hanc vitam ſit paraturus, poterit qvidem eo adumbrari gaudium cœleſte non modò ad animam, ſed & ad corpus pertinere, cum cibus & pòtus ad corpus pertineant, ut tamen corpus ſpirituali ratione cibandum ſit; attamen an ex illis dictis, qvibus Rabbini utuntur, illud demonſtrari posſit

Reſp. ad Job. 40.14.

meritò dubitatur. Sanè ex Job. 40, 14. ſuprà citato non demonſtratur. Licet enim concedamus, ſenſum hunc eſſe, qvod, qvi fecit illum (Behemoth) etiam gladio ſuo eum interficiat, qvi Deus eſt, ſicut *Aben Eſra* & *Abraham Peritzol* cum aliis hunc locum interpretantur; non tamen ſeqvetur, qvod Deus eum occidat in ſuturum pro piis, qvorum cibus cœleſtis myſticè eo adumbretur. Ad locum Exod. 24. qvi ex Berachoth profertur, ut & ad Proverb. 16. qvem urget *R. Meir* jam paulò antè reſponſum eſt. Ad

Reſp. ad Eſ. 51. v. 11.

Eſ. 51. 11. ℞. ipſum *R. D. Kimchi* de hac vita accipere, liberatione ſc. ex exilio, dum ſcribit: ופדויי / כמו שעשית מקדם כן תעשה עוד עם גלות ישראל ועוד כמו שעברו גאולים ובאו לארצם כן פדויי ה׳ ישובון מהגלות: *Et redempti) qvemadmodum feciſti anteà (Deus), ita facies adhuc*

cum

cum exilio Iſraëlitarum, & adbuc, qvemadmodum præterito tempore redempti venerunt in terram ſuam, ita redempti Dei redibunt ex exilio. Si autem de hac vita explicatur, dici commodè poteſt, eſſe orationem Eccleſiæ adventum Meſſiæ exſpectantis. Ita ſpiritualem etiam cibum aſſerentes Judæos vidimus, qvi tamen omnes in id impingunt magnoperè, qvod in his terris per aliqvod tempus voluptates illas cœleſtes iri perceptum arbitrentur.

℟. ad qvæſt. 5. qvomodo reſuſcitandi in ſeculum futurum transferantur?

§. 6. Deſcendimus ad qvæſtionem qvintam examinandam, qvæ hæc eſt: *Qvomodo reſuſcitati in ſeculum futurum transferantur?* Qvi aſſerunt, reſuſcitatos non iterum morituros, putant, facilè eos in vitam beatam transferri poſſe, cum his in terris poſt reſurrectionem per obſervationem legis mundentur. Sed hoc principium falſum eſt. Qvi a. aſſerunt eos morituros: volunt per mortem mundatum iri, ut digni habeantur, qvi ad vitam beatā admittantur. Sed ſi per mortē mundantur, cur non per mortē primam mundati fuerunt; aut qvæ ratio, cur morte ſecundâ mundentur magis? Imò ſi concupiſcentia prava maximam partem ſubacta erit, qvid opus mundatione tantâ? Ut nil dicamus hæc omnia pro ſolis piis dici. Patet autem præterea ex reſurrectione impiorum, qvod homines per mortem non mundentur, cum etiam impii reſurgant. Inſtantia *R. Saadiæ* ad objectionem, *qvod vivi non poſſint transferri, cum cibo & potui fuerint aſſveti*, de Moſe, rejicitur ab ipſo de *Trana* Moſis exemplum imitari alios non poſſe fatente. Cui addi poteſt, *Saadiam* fateri, vivos translatum iri reſuſcitatos in vitam beatam, & Moſis exemplum urgere, qvi tamen mortuus fuerit. Id qvod obſervavit ipſe *Joſeph Albo Iccar. f.* 152. *p.* 1. objiciens שמשה לא נתקיים תמיד· בגוף כי מת בבא עתו והם יאמרו כי יתקיים תמיד: *Moſen non perpetuò ſubſtitiſſe in corpore* (ſine cibo & potu) *ſed mortuum fuiſſe, cum adeſſet tempus ejus, illos autem* (cum *Saadia* facientes) *dicere perpetuò ſubſtiturum* (corpus); Imò Moſes cibo & potu multo tempore abſtinuerat, & illis poſtmodum utebatur

℟. R. Saadiæ.

 rur-

Digitized by Google

rurſus: pii autem juxta *Saadiam* in his terris poſt reſurrectionem cibo & potu uſi ſunt, & transferentur in alteram, ubi illa exulabunt. Erit itaqve hoc exemplum disſimile, qvamvis in eo videatur aliqva convenientia, qvod ſicut Moſes cibo asſvetus tanto tempore illo caruit: ita etiam pii cibo asſveti tamen iis carere poſſint. Sed qvid opus his immorari diutius cum uno verbo regnum mundanum in his terris poſt reſurrectionem ſperandum præſupponant.

℟. ad qvæſt. 6. An reſuſcitati ſint electuri cultum?

§. 7. Succedit qvæſtio ſexta: *An reſuſcitati ſint electuri cultum?* Hæc qvæſtio cum iterum tota nitatur ficto illo regno mundano, erimus in reſpondendo eò breviores.

℟. R. Saadiæ.

R. Saadias præter alia jam dicta, argumentatur falsò à præſcientia divina ad necesſitatem rerum. Qvod attinet ad ſcientiam rerum divinarum poſt reſurrectionem, largimur qvidem *Moſi de Trana* pios recordaturos eorum, qvæ in hoc mundo ſciverunt, ſed qvod denuò addiſcere debeant, fruſtrà dicitur, cum ignorantia pœna ſit peccati, qvod ibi aberit. Largimur etiam pios cum admirabili ſcientia reſurrecturos, cum imaginem Dei concedente ipſo *R. de Trana* ſint recuperaturi, qvæ etiam in perfectâ ſcientiâ inter alia conſiſtebat; ſed qvod addit pro cujusqve apprehenſione hanc ſcientiam homines poſſeſſuros, in eo rurſus falſus eſt, cum hâc ratione omnes pii non ſint recuperaturi perfectam Dei imaginem. Licet enim gradus gloriæ dentur, omnes tamen eadem Dei notitiâ & comprehenſione perfectâ gaudebunt. Lege autem ſcriptâ non indigebunt amplius, utpote qvæ viatorum eſt, non verò eorum, qvi jam ſunt in patria. Lex autem oralis Judæorum qvalis ſit & qvomodo aſſerta, ipſi viderint, qvi cœco impetu præcipitatæ mentis ipſi fidunt. Imò ſi juxta *Moſen de Trana* ii tantùm reſuſcitabuntur, qvos Deus præviderit amplexaturos cultum, ſ. ſe culturos, ſanè illi neceſſariò, juxta mentem Judæi, Deum colent, utpote cum putet, à præſcientia ad necesſitatem rerum valere conſeqventiam. Sed ſi neceſſariò Deum colent, qvid opus lege orali vel ſcriptâ; cum in iis informentur de Dei cultu. Non

℟. R. Moſi de Trana.

opus

opus eſt auté,ut ille in bono informetur, qvi non poteſt non bene agere. Qvodſi autem propterea legi daturos operam velit, ut mereantur vitam æternam; iterum falsò arbitratur illam mercedem eſſe, cum ſit gratuitum Dei donum. Relegat præterea rationem ſuam, qvâ ſupra reſurrectionem probare voluit ſc. להיות לימוד התורה ועשיית המצות בשתוף איברי האדם וגופו יתחייב שישתתף גם כן בשכרן *qvia lex, qvæ diſcitur & impletio præceptorum junctim ad membra humana & corpus pertinent, ſeqvitur etiam conjungi debere in mercede.* Si E. in reſurrectione homines mercedem legis ſervatæ reportabunt, cur eandem demum diſcent? ſiqvidem propter mercedem didicerunt, qvæ cum jam certa ſit, non opus eſt de ea impetranda eſſe ſolicitos. Qvando porrò dicit homines diſcere debere legem ex libris, qvi poſt reſurrectionem erunt, ecqvis non videt præſupponere eum ignorantiam in hominibus piis poſt reſurrectionem, item præſupponere mundum non interiturum, ſed innovandum tantùm, ſive novis viribus dotandum, cum libri veteres non ſint interituri; qvæ omnia temerè aſſeruntur. Nec Elias dubia ſuborta ſolvet, cum Mal. 4. 5. non de Elia Thesbite, ſed de Johanne ſpiritu & virtute Eliæ prædito ſermo ſit. Imò ſi homines perfectā nacti ſunt in reſurrectione ſcientiā, qvid opus ſolvendis dubiis, aut qvænam erunt dubia? De precibus præterea & benedictionibus qvæ affert *de Trana*, itidem ridicula ſunt. Precibus ſanè poſt reſurrectionem non opus erit, utpote ſtatum hominum mutare neſciis. Qvod Judæus ipſe fateri cogitur. Nam ſtatuit ſolos juſtos reſurrecturos, illosq; non iterum morituros. Qværo ergò ſi juſti ſunt, ut neceſſariò benè agant, qvid opus erit precibus deprecatoriis, qvibus mala imminentia ob peccata Deus averruncet? Si non morientur iterum, qvid opus precibus, qvibus Deum invocent, ut vitæ alterius compotes reddantur, cum aliàs in gaudium æternum transferantur? Qvod ſi autem preces de laudibus Dei vult intellectas, reſpondemus hæc non eſſe confundenda; cum aliud ſit precari, aliud laudare Deum. Nec benedictione opus eſt, cum pii jam ſint bene-

 dicti,

Digitized by Google

dicti, & Deum benedictum intueantur. Qvæ autem jam poſſidemus, non opus eſt, ut demum nobis dentur. Mittimus *Moſen* & respondemus *R. Meiri* ad Ezech. 37. 13. rectè qvidem exinde probari, Deum reſuſcitationis mortuorum eſſe cauſam efficientem, qvod a. Deum reſuſcitati perfectè agnituri ſint, exinde demonſtrari non poſſe; ſed dici tantùm: *cognoſcetis me eſſe Dominum*, i. e. diſcetis, & intelligetis ex tanto miraculo, illud me autorem habere, non alium. Qvæ explicatio probatur ex particulâ כי; neqve enim ſimpliciter dicitur: cognoſcetis me Dominum, ſed cognoſcetis, qvòd ſim Dominus. Qvod obſervavit inter cæteros *R. Abarb.* in h. l. ſcribens: וידעתם כי אני ה׳ רוצה לומר שיתן נפש כוללת הכחות כלם בכם *Et cognoſcetis, qvod ego ſim Dominus) vult dicere, qvi dabit in vobis animam, complectentem facultates omnes.* Deniqve ſi *R. Meir* affirmat, reſuſcitatos Deum perfectè agnituros, qværo cur adjiciat, qvod cognitio hæc augenda ſit, cum qvod perfectum eſt, non indigeat, ut aliqvid illi accedat; Hæc ſibi auferat *R. Meir*. Succedit itaqve *R. Abarbanel*, qvi Deum colendum poſt reſurrectionem eſſe probare contendit 1. ex Eſ. 2. v. 18. 20. 21. 22. Sed ℞. agi ibidem de Meſſiâ, conſentientibus ex Rabbinorum numero non paucis; ſed tempus Meſſiæ cum tempore reſurrectionis non coincidere deinceps demonſtrabitur, cum eò pervenerimus. Inprimis verſiculus 22. qvem blaſphemè de Chriſto noſtro interpretatus erat *Abarbanel*, agit de homine qvocunqve, qvod homines imbelles ſint, ut Meſſiæ reſiſtant. Audiat ſuum *Aben Eſram* in h. l. itidem de homine qvocunqve ita explicantem: חדלו / אחר שהשם גזר עליכם והוא מפני פחד יי אין כח באדם לבטל גזירותיו על כן חדלו לכם מן האדם שלא יושיעו אתכם כי הבל המה: *Abſtinete) Poſteaqvam Deus decrevit ſuper vos, qvod indicatur verbis: propter timorem Domini* (v. 19.); *non eſt vis homini, ut irrita reddat decreta ejus. Proptereà abſtinete vos ab homine, cum non ſint ſalvaturi vos* (homines), *qvoniam vani ſunt*. Probat 2. *Abarb.* ex

℞. *R. Meiri ad Ezech. 37. 13.*

℞. *R. Abarbaneli; & qvidem ad Eſ. 2. v. 18. ſeqq.*

Eſ.

Eſ. 24. 16. Dei cultum poſt reſurrectionem. Sed Reſp. agi ibidem de perfidia Judæorum, qvod olim tanta fuerit hujus populi dignitas, ut ab ora terræ Pſalmi audirentur, (ſ. beneficia Dei, qvæ illis exhibuerat) decorem eſſe juſto, i. e. populo Dei; jam autem Judæos adeò agere perfidè, ut propheta mœrore à rebus iſtis contracto qvaſi contabeſcat, & exclamare neceſſe habeat: *macies eſt mihi* &c. Rabbini autem qvamvis aliter interpretentur; non tamen de reſurrectione præcisè intelligunt, qvorum explicationes varias collegit *R. Abraham Ben R. Jehuda Chaſſan in Chibb. Let. in b. l.* Nec vox כנף in h. l. ſignificat abſconditum, ut ſenſus ſit, qvod populi ex abſcondito i. e. ex terra reſurgentes dicturi ſint: *cantiones audivimus* ſc. in mundo animarum. Nam ſignificat h. l. oram terræ, qvemadmodum ipſe *Jonathan* accepit de ora terræ, dum dicit intelligi ſanctuarium, qvod fuerit in ora terræ judaicæ verſus orientem ſitum, referente *R. Chaſſan* in h. l. In Deut. autem 22. 30. כנף ſignificat oram ſc. veſtimenti, in qva ſignificatione multoties occurrit. Eadem facilitate reſpondetur ad duo illa conſeqventia, qvæ *Abarbanel* ex ſua ſententia elicit. Primum illud, qvod omnis ſuperbia ſit ceſſatura, malè probatur ex Eſ. 2. v. 12. & 17. cum ille locus, ut jam dictum, de tempore Meſſiæ loqvatur. Alterum, qvod magiſtratus politicus tempore reſurrectionis ſit ceſſaturus, rectè qvidem aſſeritur; rationes tamen allatæ regnum illud fictum mundanum ſupponunt, dum addit pacem futuram in terra, & Deum ipſum in illa juſtitiam exerciturum eſſe, id qvod ex loco Eſaiæ c. 2. jam explicato fruſtrà probare annititur. Valeat ſibi *Abarbanel*, & accedat *R Levi Ben Gerſom*, qvi ex Dan. 12. 2. evincere cupit, aliqvos homines reſuſcitatos in terrâ Deum culturos, qvi transferendi ſint ad gloriam beatam ac æternam, alios autem non culturos, qvi removendi ſint ad perditionem æternam. Videtur in hanc ſententiam delapſus, dum verba ſeqventia: *qvi ad juſtitiam erudiunt multos, lucebunt ſtellarum inſtar &c.* accepit de informatione in lege Dei, poſt reſurrectionem demum inſtituendâ; ſed hæc gratis dicuntur, cum loqvatur textus de informatione in lege ante reſurrectionem, ſiqvidem non *futurum* legitur in textu

ad Eſ. 24. 16.

ad Deut. 22. 30.

℟. etiam ad duo conſeqventia ex præcedente aſſerto.

℟. R. Levi Ben Gerſom.

יצדיקו ſed participium מצדיקי; Qvid qvod poſt reſurrectionem nec lege ſcripta, nec informatione in eadem opus erit.

℞. ad qvæſt. ult. An, qvi Deum colent in reſurrectione, ejus rei ſint accepturi mercedem?

℞. Saadiæ & Moſi de Trana.

§. 8. Reſpondendum deniqve eſt ad qvæſtionem ultimam: *An, qvi DEUM colent in reſurrectione mortuorum, ejus rei ſint accepturi mercedem?* Dicimus itaqve & hanc qvæſtionem totam niti ficto illo regno mundano. Nam dum *Saadias* qvæſtionem affirmat dicens præmium temporale, qvale ante reſurrectionem in his terris acceperant, accepturos, & *R. de Trana* adjicit, fructum in hoc mundo eſſe accepturos, ut anteà; ſortem autem manſuram, in vita altera perſolvendam, qvid qvæſo aliud, qvam in Regno Meſſiæ mundano, poſt reſurrectionem inchoando, hunc cultum præſtandum Deo eſſe ſupponunt? Qvid itaqve nos hîc detinebimus in tantâ errorum luce, qvibus nulli cogitari poterant majores?

℞. ad adjecta capita R. de Trana ſigillatim, & qvidem ad aſſertum de veſtibus.

§. 9. Atqve ſic de adjectis *R. Moſis de Trana* capitibus aliis, qvæ circa reſurgentium conditionem, poſt reſurrectionem illis obventuram, recenſet, videamus. Veſtes innovatum iri qvis affirmare auſit? Non opus eſſe iis, ſuprà dictum eſt. Nec à corporibus ad veſtes argumentari Judæus poteſt, (propriis hypotheſibus convictus), qvod qvemadmodũ eadem corpora ita etiam eædem veſtes recipiantur; Statuit enim, corpora propterea reſuſcitanda eſſe, qvia ſint ad imaginem Dei condita, qvia obſervatio præceptorum etiam ad corpus pertineat, qvia debeant cum anima redire in gratiam, ut tempore creationis Deus intenderat &c. Qvæ ſanè ad veſtes nunqvam trahet recutitus; E. à corporibus humanis ad veſtes non poteſt argumentari. Deinde qvomodo ait veſtes etiamſi inveteraverint, tamen innovatum iri, & nihilominus adjicit, non inveteraturas eſſe veſtes? Tum qvalis eſt comparatio inter generationem in deſerto & homines reſuſcitatos? Nulla ſanè. Profligatur iterum propriis verbis Judæus. Dicit in ſeqq. qvod in reſurrectione omnes artes mechanicæ floreant, & emptio ac venditio locum habeant rerum omnium. Concedat E. cum generatione in deſerto comparationẽ inſtitui non poſſe; cum qvia de-

ſine-

ſinebant ibi commercia, miraculum illud eveniret. Aut ſi adhuc comparare ſatagit, alteram hypotheſin deſerat. Nec meliora ſunt, qvæ de ſomno ſomniat noſter *Moſes*. Præſupponit ſomnum ex cibis naſciturum, ſed cibos ſuprà rejecimus; it. labores qvietem reqviſituros, ſed de laboribus iſtis cogitavit, eò qvod homines non ſolùm legi, ſed & artibus mechanicis daturos operam falsò ſibi perſvaderet. Homines autem ſenſuum uſu continuo defatigatum iri tolerari itidem neqvit, cum corpora aliis prædita ſint qvalitatibus, ut itidem ſuprà dictum. Somnia prophetica præterea poſt reſurrectionem capienda in loco Joël 2. 28. non adſtruuntur; ſed dicitur ibidem, qvod tempore Meſſiæ effundendus ſit ſpiritus ſanctus ſuper omnem carnem, & homines divinas habituri revelationes, ut ex iis prophetent, qvemadmodum de Meſſia nobiscum interpretatur *R. D. Kimchi*. De artibus mechanicis porrò & negotiatione qvæ affert, qvalia ſunt, & qvàm ridicula! Dicit hæc omnia reqviri, ut perſiſtat regimen mundi, & homines ſuſtententur, qvæ deinceps fusè inductione exemplorum declarat; ſed hæc iterum regnum mundanum ſupponunt; Imò reſpondemus verbis ipſius *Moſis de Trana f. 116. c. 2. circa fin.* ואחר הגאולה והתחיה לא יצטרכו לשום דבר אלא להודות לאל יתברך על מה שעבר ולהללו על ההוה : *poſt redemptionem & reſurrectionem nullâ re opus erit, niſi ut Deus benedictus laudetur ob præterita & præſentia*, qvæ, qvomodo cum aſſerto de negotiatione velit conciliare, ipſe viderit. Job. 5. 7. legitur, hominem ad laborem natum, ſed in hac vitâ non poſt reſurrectionem peragendum. Adamum qvoqve ad labores fuiſſe conditum, ut vitæ ſibi præſidia acqvireret neceſſariò peragendos, negatur, cum labor ceu pœna proponatur Gen. 3. 17. ſeqq. Neqve propterea excolentur artes, ut homines habeant exercitium corporis; cum illud exercitium nitatur altero illo fundamento, qvod cibi ſumendi ſint, qvi corpore per labores exercitato facilius digerantur.

℟. ad aſſertum de ſomno.

℟. ad aſſertum de artibus mechanicis.

§. 10. Reliqvum eſt, ut eos qvoqve, qvi tempore reſurrectionis adhuc vivent, contemplemur. Illi autem non morientur, ſed

℟. ad ſententiam Rabbi-

Digitized by Google

norum de iis hominibus, qvi tempore reſurrectionis adhuc vivent, & qvidem ad Eſ. 25. 8.

ad Eſ. 65. 20. & 22.

ſed immutabuntur. Dictum Eſ.25 8. ab iis allegatum, qvi non morituros volunt viventes tempore reſurrectionis, non probat qvod volunt. Mors qvidem poſt reſurrectionem ceſſabit, exinde tamen non ſeqvitur, homines vivos ſine immutatione ad alteram vitam translatum iri, qvod exinde probare annitebantur, dum eodem modo translatum iri ajebant, qvo reſuſcitati transferuntur, ſed hi ſine immutatione transferuntur. Nec ex Eſ.65. 20.& 22. probare poteſt *R. Gaon* viventes illos diuturno tempore victuros, poſteà autem eſſe morituros. Nam agitur ibidem de diebus Meſſiæ, ut diximus in præcedentibus; Accedit, cæteros Rabbinos de hominibus reſuſcitatis accipere, & diverſimode qvidem, prout ſententiam *Raſchi, Aben Eſra*, & *Kimchii* ſuprà recenſuimus. Imò probationes *R. Saadiæ* rejiciuntur ab ipſo *Abarbanele* in *Nach. Aſ. rad.* 7. dicente qvod ſint ייעודים כוללים לכל האנשים *promiſſiones generales ad omnes homines pertinentes.* *R. Abarban.* ſententia & cæterorum cum illo facientium, dum nititur illo principio,

℞. R. Abarbaneli.

qvod reſuſcitati non ſint morituri rurſus, ut ipſe *Abarb.* fatetur, etiam facilè corruit, cum à ſtatu reſuſcitatorum ad ſtatum eorum, qvi tempore reſurrectionis adhuc ſuperſunt, N.V.C. Nam reſuſcitati poterunt ad vitam perpetuam evehi, cùm mortem jam ſuſtinuerint; viventes non item, cum primùm immutandi ſint, qvæ immutatio erit morti analoga. Ut taceamus hæc maximam partem ad pios à Rabbinis referri; definiendum autem prætereà fuiſſe, qvomodo cum impiis adhuc viventibus agatur. Ad *Moſen de Trana* properandum eſt. Itaq; ad objectiones ejus ℞. in genere hæc

℞. R. Moſi de Trana.

omnia diſputari ita, qvaſi morituri ſint, qvi tùm vivent; ſed non morientur, aſt immutabuntur. Deinde immutabuntur & reviviſcent ſtatim, qvia ſtatim ad locum gaudii vel pœnæ ſunt transferendi, & hinc immutationem illam ſuſtinere debent. An a. multo tempore exacto mori debeant & reſuſcitari, vel ſtatim à morte, vel aliqvo intervallo interjecto; de eo disqvirere non opus eſt, cum certi ſimus, poſt reſurrectionem vitam mundanam, qvam Judæi præſtolantur, & cui hæc diſputatio innititur, ſperandam non eſſe. *Moſes de Trana* autem, ſuam mentem ſubjiciens, vult eos morituros

ros. Sed hæc durius dicuntur, & inprimis qvæ ſeqvuntur limam nō effugient. Dicit homines adhuc viventes æqvandos eſſe reſuſcitatis, ut recordentur eorum, qvæ illis evenerint in mundo animarum, ſive bona ſive mala, (ſed audi *Moſes*, ſi mala illis evenerunt, qvomodo ſoli juſti reſurgent, ut ſtrenuè defendis) & illa recordatione excitati magis idonei ſint ad faciendum bonum; ſed hæc de ſolis juſtis intelliguntur, & iterum legem poſt reſurrectionem adhuc implendam eſſe ſupponunt. Fundamentum ejus, qvod ſtatim ſint reſuſcitandi illi homines adhuc viventes, hoc eſt: ne lex oblivioni tradatur, ſicut præceptum ſit Deut. 31, 21. Sed inibi homines jubentur asſiduè meditari legem, non poſt, ſed ante reſurrectionem. Deniqve comparatio inter illos, qvi vivent tempore reſurrectionis, & illos, qvi ſteterunt ad montem Sinai, cùm lex traderētur, nulla eſt; ſiqvidem principium iterum falſum eſt, qvod homines illi monti adſtantes animam efflârint, & illicò receperint ac revixerint. Hujusmodi enim multas traditiones Judæi fovent, qvas ex ſcriptura demonſtrare nullo modo poſſunt. Qvæ de ſtatu hominum tempore reſurrectionis adhuc viventium protuliſſe ſufficiat.

CAPUT VI.

De adjunctis reſurrectionis, tempore ſcil. & loco,

ſ.

בזמן ובמקום התחייה:

§. 1.

ATqve ut de tempore prius agatur, illud volunt Rabbini cadere in adventum Mesſiæ. Scribit *R. Lipman Mülhuſin. in Seph. Niz. in Mal.* 4. והנה הרמב״ם לא קבע זמן לתחיית המתים אך שהוא לימות המשיח אפשר בתחלתו

Tempus reſurrectionis cadit in adventum Mesſiæ.

Ita ſentit R. Lipman.

Digitized by Google

בתחלתו אי באמצעיתו או בסופו : *Ecce Rambam* [illegible] *determinavit tempus reſurrectionis mortuorum, niſi qvod diebus Meſſiæ futurum dixerit. Procul dubio vel initio, vel medio, vel fine* [illegible]

R. Nachman. *rum* (continget). *R. Nachman* ſcribit in *Thorath Adam* [illegible] dies Meſſiæ eſſe כלל העולם הזה ובסופן יהיה הדין ותחיית המתים שהוא העולם הבא [illegible] *tio accenſendos, eorum autem ſine futurum judicium* [illegible] *nem mortuorum, qvæ ſit ſeculum venturum* (i. e. [illegible]). *R.*

R. Saad. Gaon. *Saadia Gaon in Seph. Emun. ſerm* [illegible] ita inſit [illegible] ואחרי כן אומר שמצאתי המון בני ישראל מאמינים כי הבורא יתברך ויתעלה יחיה מתים בעת הגאולה ומצאתי שמפרשים כל פרשה שיש בספרים שנראה ממנה תחיית המתים בעת הישועה כפשוטה ועוזרים זה בדברים מקובלים כולם פירשו הענין הזה ומצאתי אנשים מעטים מן האומה שאינם מודים שזה יהיה בעת הגאולה [illegible] *I. Deinde dico, multos me reperiſſe ex Judæis credentes, creatorem benedictum & excelſum vivificaturum mortuos tempore redemptionis; reperii qvoq;, qvi exponunt omnem Paraſcham, qvæ extat in libris, ex qva elucet reſurrectio mortuorum, de tempore ſalutis ſecundum ſimplicem ſenſum, qvem adjuvant ex Cabbala hac de re agente; Paucos autem reperii ex gente* (noſtra) [illegible] *non confiteantur, hoc fore tempore redemptionis.* Et in *qvæſtione* [illegible] ſup. cit. ait de reſuſcitatis : כאשר לצדיקים בעולם הזה [illegible] על עבודתם כן יהיה לאנשי המשיח גמול על עבודתם *ſicut juſti in hoc ſeculo acceperunt præmium* [illegible] *cultum, qvem amplectabantur, ita etiam homines in diebus Meſſiæ accipient præmium ob cultum.*

R. Abrab. Salomo. *R. Abraham Salomo* [illegible] *lom* l. 9. c. 5. & 8. ait : [illegible] החטא הקדמוני שממנו נמשכה מיתה ובימיו תהיה תחיית המתים *Tolletur peccatum antiqvum; ex qvo mors emanavit, & diebus ejus* (Meſſiæ) *erit reſurre-*

ſurrectio mortuorum. C r ſonat huic *R. D. Kimchi*, dum in Eſ.26. *R. D.Kimchi.*
v.19. ad verba: *Viver mortui tui*, ita commentatur: אמר אז
בעת הישועה יחיו מתיך כי עתיד הקדוש ברוך
הוא להחיות המתים בעת הישועה: *Dicit tunc ſc. tempore ſalutis vivent mortui tui, qvoniam Deus benedictus reſuſcitabit mortuos, tempore ſalutis.* Ut autem pateat per tempus ſalutis intelligi tempus Meſſiæ, explicat ſe clarius in *Eſ. 66. v. 5.* his verbis:
ואם כנגד בני דורו החרדים אל דבר ה' אמר כמו
שאמר וחרד על דברי יהיה פירושו ונראה בשמחתכם
על שכר הנפשות כמו שפרשנו או לפי שהם עתידים
לחיות בתחיית המתים לימות המשיח *Si autem ad homines generationis ſuæ trepidantes ad verbum Dei loqvitur, ſicut eos alloqvitur, qvando ait: & qvi trepidat ad verbum meum (v.2.) erunt verba hæc: videbimus lætitiam veſtram, accipienda de mercede animarum, ſicut explicüimus, aut qvod ſint revicturi in reſurrectione mortuorū tempore Meſſiæ.* Porrò *R. Ab. Eſr. in Dan.*12.2. ait: שהצדיקים *R. Ab. Eſr.*
שמתו בגלות יחיו בבוא הגואל כי עליהם כתוב
כימי עץ ימי עמי *Juſtos in captivitate mortuos revicturos, cùm advenerit Redemptor, cùm de illis ſcriptum ſit: (Eſ. 65. 22.) ſicut dies arboris dies populi mei.* Imò in ipſo *Talmude Sanhed. cap. Cheleck.* *Talmud. in Sanhedr.*
fol. 99. lin. 5. ſeqq. leguntur hanc in rem ſeqventia: תניא ר"א
אומר ימות המשיח ארבעים שנה שנ' ארבעים שנה
אקוט בדור ר"א בן עזריה אמר שבעים שנה שנ'
והיה ביום ההוא ונשכחת צור ע' שנה כימי מלך אחד
איזהו מלך מיוחד הוי אומר זה המשיח ר' אומר
שלשה דורות שנ' ייראוך עם שמש ולפני ירח דור
דורים ר' הילל אומר אין להם משיח לישראל שכבר
אכלוהו בימי חזקי' אמר רב יוסף שרא ליה מריה

[illegible] חזקיה אימת הוה בבית ראשון ואלו זכרי
קא [illegible] בבית שני ואמר גילי מאד בת ציון וכו׳:

ſ. *Traductio: R. Elieſer ait: dies Meſſiæ ſunt* 40. *anni* (i. e. [illegible] annis reſurrectio poſt reductionem Iſraëlis ex exilio) [illegible] *eſt:* 40. *annis faſtidivi populum* (Pſ. 95. 10) *R. Eleaſar* [illegible] *ria:* 70. *anni, ſicut dictum eſt: & oblivioni tradetur Tyrus* [illegible] *nis, ſecundum dies regis unius.* (Eſ. 23. 15) *Quis iſte rex ſingularis?* *Rex Meſſias. Ribbi dicit: tria ſecula* (poſt redemptionem), [illegible] *dictum eſt: & coram lunâ in ſeculum ſeculorum.* (Pſ. 72. 5) *R. Hil-lel dicit: non erit Iſraëli Meſſias,* (i. e. non erunt dies M[illegible] qvibus ante reſurrectionem regnet) *cùm jam ipſum comederint temporibus Hiſkiæ* (ſ. cum tũ temopris potiti ſint felicitatibus, de qvibus [illegible] phetæ erant vaticinati). *Dixit R. Joſeph: condonet Hilleli* [illegible] *Hiskia qvando vixit? Sub templo primo,* [illegible] *eſt de Meſſia ſub templo ſecundo: Exulta valdè filia Tzion &c.* (c. 9. v. 9.) *Et in com. in fol.* 92. *Sanb. col.* 1. legitur: עתידי הקב״ה להחיות לימי׳ המשיח לאח׳ שיחיו שוב אין חוזרין לעפר בין לימות המשיח בין לעו׳ הבא אלא הבשר מתקיים עליהם עד שישובו ויחיו לעתיד לבא *Quos Deus benedictus vivificabit tempore Meſſiæ, ii poſteaqvam vivunt non redibunt in pulverem, ſive* (intelligas) *de diebus Meſſi*[illegible] *ve de ſeculo futuro, ſed caro perſtat ſuper eos, donec iterum* [illegible]

R. Aſi in Je-ſam. & Afod. Sar. *vant in futurum.* Huc refertur etiam illud *R. Aſi in Gem. Jeſam.* [illegible] *& Afod. Sar. c.* 1. אין בן דוד בא עד שיכלו כל נשמות שבגוף *Non venit filius Davidis, donec conſummatæ fuerint omnes animæ, qvæ ſunt in* גוף. Qvæ ſententia Talmudica, qvomodo à

R. Meir. Judæis intelligatur, edocet *R. Meir in Afod Haccod. f.* 51. *col.* [illegible] qvando *caput* 37. ita inchoat: [illegible] לר״ל באחור הגאולה [illegible] ביאת המשיח סוד גדול גלוהו באמרם בפר׳ הבא על יבמותו ובע״ז פ׳ ראשון אמר רב אסי אין

בן

בן דוד בא עד שיכלו כל הנשמות שבגוף שנ׳ כי
רוח מלפני יעטוף ונשמות אני עשיתי וחכמי האמת
קבלו בסודו כי כל הנשמו׳ יזדקקו קודם בא המשיח
בסוד העבור והוא אמרם עד שיכלו כל הנשמות
שבגוף ואז יזכו החדשו׳ לצאת ושבגוף אמרו בו שבגוף
האדם ובאור הכתובים כך כי לא לעולם אריב עם
ישראל ולא לנצח אקצוף שלא לגאול אותם ומה
המעכב שאיני גואל אותם הרוחות שהם יוצאות מלפני
שעריין לא כלו כלומר לא נזדקקו ובהכרח הן צריכות
להזדקק והוא אמרו יעטוף הרוח הוא מאחר ומעכב
הגאולה מלשון העטופים ללבן וכשיזדקקו אז הנשמות
חדשות שאני עשיתי יצאו ואז יצא המשיח בכללן
וזה דעת חכמי האמת אמרו במדרשו של רבי נחוניא
בן הקנה ע״ה ובשעה שישראל טובים הנשמות זוכות
לצאת ולבא לעולם הזה ואם אינם טובים לא יצאו
והיינו דאמרינן אין בן דוד בא עד שיכלו כל הנשמות
שבגוף הוי אומר שבגוף האדם ויזכו החדשות לצאת
ואז בן דוד זוכה להולד היאך כי נשמתו תצא חדשה
בכלל האחרות עד כאן ודעת הרמב״ן ז״ל כי לכך
נסמכו ושבת עד יי׳ אלהיך וגו׳ אתה ובניך בכל לבבך
ובכל נפשך ושבת עד יי׳ אלהיך לרמוז לזה כלומר
כשתשובו אתה ובניך וכל נפשות ישראל יזדקקו וישובו
עד יי׳ אז ושב יי׳ אלהיך את שבותך וזה אמרו אתה
ובניך רמז לכל ישראל וסמך ובכל נפשך אל ושב
יי׳ וגו׳ לרמוז כי כשישובו נפשות כל ישראל אליו
כלומ׳

[illegible] כי אז ישיבו ארוו אז ושב וגו והוא [illegible] בן דוד בא עד שיכלו כל הנשמות שבגוף
כמו שזכרתי : *Rabbini noſtri p. m. de retardatione [illegible] & mora adventus Meſſiæ myſterium habent magnum, [illegible] runt, dum dixerant in capite: qvi ingrediuntur ad [illegible]* Jeſammoth) *& in Aboda Sara cap. 1. Dixit R. A[illegible] vid, donec conſummatæ fuerint omnes animæ, quæ ſunt in* גוף [illegible] *dicitur: Nam ſpiritus a conſpectu meo retardabit, & animas, [illegible] ego feci,* (retardabunt Eſa. 57. 16.) *Sapientes [illegible]* ſeu ſig[illegible] Dei) *tradunt de myſterio ejus* (R. Aſi), *quod omnes animæ [illegible] candæ ſint, antequam veniat Meſſias, per myſterium [illegible] & hoc ſit quod dicant: donec conſummatæ fuerint omnes animæ, quæ ſunt in* גוף, *& tum dignæ habendæ ſint novæ* (animæ) *quæ [illegible] deant; de* גוף *autem dicunt, quod intelligatur* (animæ), *quæ ſunt in corpore humano, [illegible] culum contendam cum Iſraele, neq; in æternum effervescam, ut [illegible] redimam eos. Quid autem retardat, ut ego non redimam eos? Spiritus* (retardant) *qui egrediuntur à facie mea, qvi nondum ſunt con[illegible] purificati, & tamen neceſſario purificari debent, juxta illud, qvod dicit* יעטוף, *ſcilicet ſpiritus retardat & remoratur redemptionem, ex ſignificatione loci:* העטופים ללבן (ſerotinæ ſc. pecudes ſ. qvæ tardius coibant, erant Labanis Gen. 3[illegible] v. 42.), *& cum purificati fuerint, tunc animæ novæ, qvas feci, prodi[illegible]bunt, & prodibit in eorum complexu ſ. unà cum illis anima Meſſiæ. Hæc eſt mens Sapientum Veritatis. In Medraſch autem Rabbi Nech[illegible] niæ filii Kanæ dicitur: qvo tempore Iſraelitæ boni ſunt, animæ [illegible] ſunt, ut prodeant & veniant in mundum hunc, qvod ſi non boni ſun[illegible] non prodibunt. Hoc eſt qvod dicunt: non venit filius David, donec conſummatæ fuerint omnes animæ, qvæ ſunt in* גוף. *Qvid eſt [illegible] animæ qvæ ſunt in* גוף*? Intellige, qvæ ſunt in corpore humano, [illegible] gnæ erunt novæ, qvæ prodeant & tunc filius David dignus erit, [illegible]ſcatur. Qvomodo? qvoniam anima ejus exibit nova, inter cæteras. Hæc ibi. Mens autem Rabbi Nachmanis p. m. eſt, qvod propter [illegible] dantur verba: & reverteris ad Dominum Deum tuum &c. tu & [illegible]*

[illegible]

tui ex toto corde tuo, & ex tota anima tua (Deut. 30. 21.) *Nam verba illa: & reverteris ad Dominum Deum tuum, huc reſpiciunt, qvaſi diceret* (Deus), *qvando revertemini, tu & filii tui, & omnes animæ Iſraëlis purificatæ erunt, & reverſæ ad Dominum; tunc implebitur illud: & reducet Dominus Deus tuus multitudinem captivorum tuorum* (v. 3.) *Hinc dicit: tu & filii tui, reſpiciendo ad totum Iſraëlem, & connectit verba: & ex tota anima tua, cum verbis: & reducet Dominus &c. ut innuat, qvod cùm reverſæ fuerint animæ omnium Iſraëlitarum ad ſe* (Deus enim loqvitur) *q. d. cùm purificatæ fuerint & ita ad ſe reverſæ; tunc impleri debeat illud: & reducet &c. Hoc eſt myſterium illud: non venit filius David, donec conſummatæ fuerint omnes animæ, qvæ ſunt in* גוף, *qvemadmodum memini.* Subjungit deinceps *R. Meir* prolixè ſuam ſententiam, aſſerens, per peccatum Adami omnibus rebus allatam fuiſſe maledictionem & devaſtationem, & ab illo tempore ſpiritum immundum dominari, ut homines indies in pejus ruant, atqve ſic mundum cum immundo permixtum eſſe, & extendi illam maledictionem per mundum, ac propterea opus eſſe purificatione, ut unumqvodqve ſeparetur, amarum ſc. à dulci, & hac ratione in ordinem redigatur; anteqvam autem illa omnia ita in ordinem redigantur, fieri non poſſe, ut veniat Meſſias. Per גוף etiam corpus intelligit *de Trana f.* 111. ſuprà citatus. *Raſchi* autem *in comm. ad loc. Talm.* intelligit non corpus humanum, ſed repoſitorium, in qvo aſſervantur animæ, שנבראו מששת ימי בראשית העתידות לינתן בגופים העתידות להבראות *qvæ creatæ ſunt à ſex diebus creationis, ut inderentur corporibus creandis.* Cum *Raſchi* facit etiam *R. Simeon Ben Jochai in Hechaloth, in Hechal Ahafa* fusè à *R. Meir* allegatus, qvi, dum inter cætera ſcribit והיכל זה כדמות גוף אל הנשמות *templum hoc* (ita illud Ubi animarum vocat) *eſſe inſtar vel loco corporis animabus*, occaſionem dubitandi dedit, an illi Philologi, qvi, qvando Ubi animarum intelligitur, Goph legunt, rectè legant. Certè qvidni & in hac ſignificatione poterit legi Guph, ſi locus ille à ſimilitudine corporis denominationem habet? Hæc autem omnia facilè oſtendunt, reſurrectionem fu-

Digitized by Google

turam tempore Meſſiæ. Nam ſi intelligatur traditio illa de animabus, qvæ ſunt in corporibus humanis; ſanè, ſi Meſſias non prius veniet, qvàm illæ omnes purificatæ fuerint & redierint in corpora, veniet tempore reſurrectionis; Si autem accipiatur de Ubi illo animarum, ſanè ſi Meſſias non prius veniet, qvàm omnes animæ, qvas Deus voluerit creare, ex illo Ubi egreſſæ, in corporibus habitaverint, veniet itidem tempore reſurrectionis, qvo genus humanũ non amplius propagabitur. Conſentit præterea in *Chibbure Leceth R. Chaſſan* in Ez. 37. 4. ſcribens: או דראה לו זה שעתיד להחיות מתי ישראל בעת הישועה כדי שיראו גם הם הישועה *Aut oſtendit* (Deus) *ipſi* (Prophetæ) *hoc* (de oſſibus arefactis loqvitur), *qvia vivificaturus erat mortuos Iſraëlitas tempore ſalutis, ut videant etiam ſalutem.* Nec præter eundem *R. Maimon in Peruſch Miſchnajoth, Sanhedrin* [illegible] tradens: וכת החמישית והם הרבה מחברי הענינים האלה כולם ואומרי כי התוחלת הוא שיבא המשיח ויחיה המתי ויכנסו לגן עדן ויאכלו שם וישתו ויהיו בריאים כל ימות עול *Qvi qvintam claſſem conſtituunt, & multi ſunt, conjungunt iſta omnia,* (qvæ in præcedentibus de eo, qvod poſt hanc vitam ſperatur, dixerat) *& dicunt, qvod ſpes illa ſit, ut veniat Meſſias & reſuſcitet mortuos, ingrediantur qve in Gan Eden, ubi edant, bibant, & ſani ſint omnibus diebus ſeculi.* Succedit *R. Meir* qvi in *Afod. Hacc. f. 53. col. 3.* de *R. Maimonide* refert: מאמין עם היות שעם היות עקר השכר הזה לנפש בלבד עוד יש שכר אחר גשמי לעולם הזה לימות המשיח ובתחיית המתים שיחיו אז הצדיקים גמורים: *Credit itaqve, qvod licet primario merces hæc animæ competat tantum, adhuc tamen ſit merces alia corporalis mundi hujus temporibus Meſſiæ & qvidem in reſurrectione mortuorum, qvando vivent perfecti juſti.* Et *fol.* 56. 2. ſuffragatur h. m. כי כן היה בגאולת מצרים בסוף

R. Chaſſan.

R. Maimon.

R. Meir Maimonidem explicans, & ſuam ſententiam ſubjiciens.

בסוד ותעל שועתם אל האלהים וגו' ואז הגאל גאולת
ויגלה מלך המשיח ותחזור עטרה ליושנה ותשלם
הכוונה העליונה בבריאה ואחר כך תהיה התחייה :
Ita enim factum eſt in redemptione Ægyptiaca (ut liberati fuerint
per pœnitentiam) *per myſterium hujus loci : & aſcendit clamor eo-
rum ad Deum* &c. (Exod. 2. 23.) *& tunc peragetur redemptio eo-
rum, revelabiturq; rex Meſſias, & redibit corona in ſtatum priſtinum,
ac perficietur intentio creationis ſuperna, & poſteà erit reſurrectio.*
R. Moſis de Trana mentem in præcedentibus audivimus, ubi tem- *R. de Trana.*
pus Meſſiæ & reſurrectionis mortuorum aliqvoties conjungit.
R. Salomonis Ben Melech ſententia diſcitur ex *Michl. Jophi in Pſ.* 91. *R. Ben Melech.*
verſ. ult. p. 182. 2. ubi ad voces ואראהו בישועתי ita ſcribit :
כשאושיע ישראל מהגלות כי אחייהו בתחיית המתים
שתהיה בעת הישועה *cum ſalvabo Iſraëlem ex exilio, qvo-
niam vivificabo eum in reſurrectione mortuorum futura tempore ſa-
lutis.* Propius omnium tempus reſurrectionis definire voluit
Rab. Jebuda Zabara, dum ait : מבואר זמן תחיית המתים *R. Jebuda Zabara.*
שהוא באלף הששי אחר קבוץ גליות ſ. *notum eſt
tempus reſurrectionis fore millenario ſexto poſt collectionem captivi-
tatis.* Cum qvo facere videtur *R. Abarb. præf. in Eſ. rad.* 14. qvam *R. Abarb.*
ita inchoat : השרש הי"ד הוא שיהיה זמן התחייה
בזמן קבוץ הגליות או קרוב אליו ſ. *Radix decima
qvarta eſt, tempus reſurrectionis futurum tempore collectionis capti-
væ multitudinis, aut ſub illud tempus.* Et *N. Af. rad* 8. ait : מה יפו
פעמי הגאון שכתב שתהיה התחייה בזמן קבוץ הגליות
והתחלת הגאולה : ſ. *Qvàm pulchrè ſentit R. Saadia, dum
ſcribit, reſurrectionem tempore collectionis captivæ multitudinis, &
ſub initium redemptionis futuram.* Et *fol.* 204. *col.* 1. *in propb.*
אבל היתה המראה הזאת משל לענין תחיית המתים
שתהיה סמוכה וקרובה לזמן הגאולה *Sed fuit hæc viſio*

(oſſium ſc. apud Ezechielem vitam recipientium) *parabole reſurrectionis mortuorum, qvæ erit conjuncta & vicina tempori redemptionis.* Deniqve *R. Menaſſe l.2. c.6. de reſurr. p* 305. ait: *Verum ſi rectè qvis expendat ea, qvæ ſuper hac ſententia in Midras* [illegible] *lam dicuntur, is comperiet illud accipiendum eſſe de novo mundo qvi incipiet à reſurrectione mortuorum. Vel ſi cui ita videatur, poteſt etiam aliqvo modo referre ad tempora Meſſiæ, qvia utrumq; tempus conjunctum erit, uti ante oſtendimus.*

R. Menaſſe.

Locus reſurrectionis erit terra Iſraël.

